MONUMENTA
FIDEI
ECCLESIAE ORIENTALIS.

PRIMUM IN UNUM CORPUS COLLEGIT VARIANTES LECTIONES AD FIDEM OPTIMORUM EXEMPLORUM ADNOTAVIT PROLEGOMENA ADDIDIT INDICE RERUM PRAECIPUARUM INSTRUXIT

ERNESTUS JULIUS KIMMEL
RUTHENUS
THEOL. LICENT. EAMQUE IN ACADEMIA JENENSI PRIVATIM QUONDAM PROFESSUS.

Pars I.

Gennadii Confessiones I. II., Cyrilli Lucaris Confessionem, Confessionem Orthodoxam Ecclesiae Orientalis et Acta Synodi Hierosolymitani complectens.

JENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCL.

Emendanda et Addenda

in priore librorum symbolicorum volumine a Kimmelio edito *).

Pag. IV, not. 1, lin. 4 leg. concilii pro consilii.
— V, lin. 5 leg. in libro pro operi.
— — lin. 7 leg. allatis pro composito.
— VII, lin. 4 leg. quibus quidem litteris pro quas q. literas.
— — not. 1, lin. 3 leg. Panvinius pro Penuvlnus.
— VIII, lin. 18 leg. ut pro quin.
— IX, lin. 20 leg. qui pro quia.
— XVII, med. Niemeyerus (censur. p. 72 s.) credit, totum dialogum I. Gennadii, qui Viennae primum prodiit, a Romanensibus secundum suae ecclesiae placita immutatum esse. Cfr. praefationis ad Appendicem libb. symbb. finem. — Lin. 10 l. disceptationem.
— XX, lin. 21 leg. Max. pro Lat.
— XXII, lin. 22 leg. conferre solebant pro conferrent.
— — lin. 23 leg. accidit pro cecidit.
— XXIII, not. 2, lin. 7 leg. Renaudoto pro Renand.
— XXVI, lin. 7 leg. ob pro ab.
— — lin. 12 omitte comma post rector.
— XXIX, lin. 7 leg. corda pro corde.
— — lin. 15 leg. supremum pro suum (simil. p. XXX. not. 2 extr.)
— XXX, not. 2, lin. 8 lege deinde pro deindc.
— XXXI, lin. 23 leg. ob quae pro quibus.
— XXXIII, not. 2, lin. 1 adde Smithius post exponit. (Tota haec nota referenda ad pag. seq. not. 1.)
— XXXIV, lin. 9 leg. quidam pro quidem.
— — lin. 21 leg. Hinc pro hunc.
— XXXV, not. 1, lin. penult. leg. XVII pro XVI.
— — not. 2, lin. ult. leg. illa pro ilia.
— XXXVI, lin. 9 leg. ambiguitas pro ambign.
— XXXVII, lin. 12 leg. pro pro per.
— — not. 1, lin. 2 adde se post fere.
— — not. 2, lin. 3 addendum erit ad ante me; quanquam et in libro allato: Lettres anecdotes de Cyrille Lucar, solum me legitur.

---

*) Leviora, velut accentum vel circumflexum omissum, omnia indicare non necessarium visum est. *Herm. Weissenborn.*

Pag. XXXIX, lin. 14 leg. mature pro maturo.

— — lin. 21 leg. successum pro successorem.

— XL, lin. 1 leg. Viziratu pro Viziratum.

— — lin. 4 leg. fructus pro usus.

— XLI, lin. 11 leg. collecturam pro collecturum.

— XLIII, lin. 2 leg. cinxerunt pro circumcinxerunt.

— XLV, lin. 4 leg. du Concile pro Concile.

— XLVII, lin. 1 leg. Oxenstiern pro Oxenstirn.

— XLVIII, lin. 11 leg. insulam pro ipsulam.

— — lin. 16 leg. Berrhoeensis pro Berrhoeenis.

— — lin. 4 a fin. leg. ejus pro sui.

— — lin. 2 a fin. leg. effecerunt pro effecit.

— L, lin. 4 leg. Aegyptia pro Aegypta.

— — lin. 18 leg. Mitylenaeo pro Milyl.

— LI, lin. 4 a fin. leg. consueverant pro consueverunt.

— LII, lin. 3 leg. et a pro aque.

— LVIII, lin. 6 dele alterum esset.

— LXI, lin. 15 leg. praepositione pro proposit.

— LXIII, lin. 6 leg. idque pro et quidem.

— LXIV, lin. 7 leg. Amstelodamensis pro Amstelodama.

— — lin. 15 leg. accidit pro occidit.

De re, quam Kimmelius narrat, Niemeyerus in libri censura p. 73 probabilem proposuit conjecturam, qua et bibliopola Lipsiensis Th. Fritsch fraudis incusatione liberatur: accepisse illum a Normanno exemplarium partem sine titulo et dedicatione; quae tamen ne diutius retineret, ipsum adjecisse titulum Lipsiae impressum.

— LXVIII, lin. 2 adde ei post erit.

— LXXII, lin. 9 leg. volutaverit pro voluntav.

— — lin. 18 a fin. leg. absonae pro absonas.

— LXXV, lin. 18 leg. solent pro soleant.

— LXXVI, lin. 11 leg. motus pro latus.

— LXXVIII, lin. 6 a fin. leg. locos pro loci.

— LXXXV, lin. 3 a fin. leg. nondum pro nondam.

— LXXXVII, lin. 11 omitte in.

— XCI, lin. 11 leg. ut mirer pro quod miror.

— 6 lin. 20 leg. etsi pro et si.

— — — 21 — clarus pro clara.

— — — 6 a fin. leg. toti pro toto.

— 7 — 8 leg. qui pro quod.

— — lin. ult. leg. τηρεῖν pro τηρᾷν.

— 12 — 1 leg. Ἔστι; lin. 11 leg. ἀληθῆ.

— 13 — 11 a fin. leg. φύσεως pro φύσεως.

Pag. 13, lin. 4 leg. φῶς; lin. ult. leg. νοῦν.
— 15 — 15 leg. τοῦτο; lin. 20 leg. Θεοῦ.
— 16 — 5 leg. ἐνίσχυσε pro ἐνίσχυσε.
— — — 8 a fin. ὁ Λόγος legendum, Niemeyerus in censura libri notavit, coll. §. 8 ineunt.
— 21 supra lineam titulus Cyrilli confessio mutandus est in Gennadii confessio II.
— 23 b, lin. 19 leg. Kadde, h. e. judice.
— 27 b, lin. 8 a fin. a. amplexandum pro amampl.
— 28 a, lin. 10 pro ὅτε, quod quidem et in Grotiana editione a. 1645 legitur, ὅτι scribendum videtur.
— 33 a, lin. 8 leg. προςφκειωθεῖσα pro προςκω.
— — b, lin. 7 a fin. leg. gratia pro gratio.
— 34 b, — 8 a fin. leg. integrum pro integram.
— 35 a, — 7 leg. νενομοθετημένον pro γενομοθ.
— — — 9 — οὔτινος pro οὔτ.
— 36 a, — 9 — ποτήριον pro ποτήρων.
— 38 b, — 14 — poenas pro poenos.
— — — 22 — Dominum pro Domium.
— 39 a, — 14 pro φροντίσωμεν praetulerim φροντίσομεν.
— 41 b, — 14 a fin. leg. illuminatum pro illuminatnm.
— 43 b, — 13 leg. quarta pro quarto.
— 45 — 8 a fin. Niemeyerus in censura Normanni conjecturam: περιϊὼν ἐν τῷ (sine ἔτι) amplectitur.
— 47 b, lin. 9 leg. πνευματικὸν pro πεννματικόν.
— 47 a, — 7 a fin. leg. ἅπαντες.
— 50 b, — 1 leg. perlustrandum pro perlustrantum.
— 51 a, — 20 — μή τισιν pro μήτισιν.
— 52 b, — 26 — tripartita pro tripert.
— 60 a, — 7 — ταῦτα pro τοῦτα (quod tamen et in Normanni editione legitur).
— 60 b, lin. 7 leg. Conciliis pro Concilis.
— 60 a, — 21 — καὶ pro και.
— 62 a, — 26 — ἐξεύρωμεν pro ἠξεύρ. (quod idem apud Normannum, typothetae credo vitio, legitur).
— 63 b, lin. 8 leg. tantummodo pro tantumodo.
— 64 a, — 24 — ἀπαραλλάκτως pro ἀπαραλάκτ. (quod habet Normannus).
— 70 a, — 24 — Πνεῦμα pro Πνεῦκα.
— 72 b, — 30 — Deus pro Deos.
— 77 b, — 21 adde: Id. Greg. Nyss. Or. 38.42 p. 618. 680. Lutet. 1609
— 77 b, — 29 — eo fine pro ea fini.
— 79 a, — 20 — Ἡρώδης — Ἡρωδ.
— 80 a, — 3 a fin. leg. κατώτεροι pro κατότ. (cf. quaest. 33 l. 7).
— 81 b, — 26 leg. Porro pro Poro.

Pag. 82 a, lin. 8 Partic. τως, quam hic mutavit Kimmelius, ad p. 144 n. 2 intactam reliquit et hic quoque retinendam fuisse dicit.

— 85 b, lin. 14 leg. conjuncta pro cunj.

— 93 b, — 7 a fin. leg. Porro — Poro.

— 94, not. 1, lin. 8 leg. secutus — secu us (ibidem l. 9 leg. veluti, l. 10 καιρίαν).

— 99 a, lin. 13 leg. αὑτοῦ pro αὐτοῦ.

— 104 a, — 14 a fin. leg. ὅπου pro ὁπου̃.

— 106, n. 1, lin. 7 l. ἀπεκρίθη pro ἀπικρ. Ad notam ipsam Kimmelius calamo adscripsit: *Klausen Hermeneutik* p. 369.

— 110, lin. 8 a fin. leg. πεποικιλμένη pro πεκοικ.

— — not. 1, lin. 1 leg. articulus pro articulos.

— — — — — 3 a. leg. ἐχάρισεν pro ἐχάρισιν.

— 113, lin. 10 leg. ἐμπτυσμούς pro ἐμτ.

— 115, not. 1, lin. 5 leg. Christi pro xti (simil. p. 118, n. 1).

— 117, lin. 1 leg. enarrate pro enumerate.

— 118 b, lin. ult. adde cum ante anima.

— 118, not. 1, lin. 7 leg. Origenes pro Origin.

— — not. 2 leg. Incisionem pro Intercis.

— 121, lin. 7 a fin. scribendum credo μέτωπον pro μέτοπον (quod habet Normannus).

— 121, not. lin. 4 leg. ab pro ac.

— 123, lin. 23 leg. καθὼς pro παθώς.

— 127, lin. 14 leg. Angeli quidem pro quid. Ang.

— 129 b, lin. 23 leg. usum pro usuram.

— 132, lin. 27 leg. εἰρημένον pro εἰρημένοι.

— 135, lin. 1 leg. LXV pro XLV.

— 136, lin. 6 a fin. leg. πληρώσῃ pro πλερ.

— 136, med. in tit. quaestionis leg. LXVI pro XLVI.

— — lin. 19 a fin. leg. post mortem pro a morte.

— — lin. 8 a fin. leg. fortasse pro fortassean (idem p. 201, 6; 312, 11).

— 137, lin. 1 leg. ὀρθόδοξον pro ὀρδ.

— 141, not. 1, l. 16 leg. allas pro alius.

— 143, ad not. 1 adde: cfr. *Köllnert Symbolic.* p. 46. *Baumgarten-Crusii Compendium der Dogmengeschichte.* T. 1, p. 233.

— 145, not. 1, lin. 1 leg. scripsit pro scriberet.

— 150, lin. 8 leg. ל′δ pro ζδ′.

— 156 b, lin. 11 a fin. ad Justin. nomen adscripsit Kimmelius: „*Imperatoris scil. Epist. ad Hormisdam; cfr. Cort. Const. Epist. Synod. ad Damasum; Jenaische Literaturzeitung* 1843, Nr. 273.“

—168, lin. ult. pro πάνταρ in edit. Normanni legitur πάντοτε, quod haud scio an sit praeferendum.

Pag. 170 b, lin. 9 dele comma post disserendi.
— 175, not. 2 dele incisionem majorem post Slavicis.
— 178, lin. 16 leg. εἴμεσθαν pro εἴμεσθεν.
— 183, lin. 7 leg. Χριστοῦ pro Χτιστοῦ.
— — lin. 4 a fin. leg. noxam pro noxiam.
— — not. lin. 4 leg. sacerdos pro sacertos.
— 184, lin. 11 leg. ζώντων pro ζῶντ.
— 185, lin. 6 leg. duorum pro duum.
— 188, lin. 12 a fin. scribendum puto ἄλλαι pro ἄλλαις (quod habet et Normannus).
— 190 b, lin. 1 post suam adde quando.
— — a, lin. 4 legendum puto συνήθειαν pro ζυνήθ.
— 191 a, lin. 4 leg. συντετριμμένην pro συντετριμένην.
— — b, lin. 7 leg. singillatim pro sig.
— 195 a, lin. 12 leg. γυνὴ pro γυναῖκα.
— 198 a, lin. 7 leg. καὶ pro και.
— — not. lin. 5 leg. Joele pro Goele.
— 202, lin. 22 leg. μὴ pro μὲ.
— 206, lin. 24 leg. ὁπόταν pro ὁπ.
— 207, lin. 15 leg. a Deo pro Dei.
— 216, not. init. praefigendus est numerus 1).
— 218 b, lin. 8 a fin. leg. recusatione pro recusationc.
— 221, not. lin. 7 leg. secundum pro secundnm.
— 226 b, lin. 17 post est pro commate punctum ponendum.
— 232, not. lin. 7 leg. Normanni pro Normi.
— 242, lin. 14 leg. famem pro famen.
— 258, lin. 11 leg. ἢ pro ἡ.
— 259 b, lin. 22 leg. vocabitur pro vocabitnr.
— — lin. 3 a fin. comma pro incisione majore ponendum.
— 270, not. l. 2 leg. progredienti pro progrediendo.
— 272, lin. 17 leg. πρὸς pro πρὸ.
— — — 19 — quacunque pro quacunqua.
— — — ult. leg. ex- pro ex.
— 273, lin. 14 a fin. leg. θέλησιν pro θε ησιν.
— 278, not. lin. ult. leg. incidi pro intercisi.
— 283, lin. 10 leg. καὶ pro καl.
— 284, — 10 a fin. leg. ἅγιον pro ἄγιον.
— 285, not. lin. 4 leg. Hintansetzung pro Hindans.
— 293, lin. 12 leg. καὶ pro καl.
— 294, lin. 17 a fin. leg. Ἀλλὰ pro Ἁλλὰ.
— 297 b, lin. 19 a fin. leg. eo fine pro ea fini.
— 303 a, lin. 1 leg ἔπεσον pro ἔπεσαν.

Pag. 307, lin. ult. χειρομαντείας pro χειρεμ.

— 308 b, lin. 25 leg. annuli pro annulli.

— 311, lin. 10 a fin. leg. ὄφιν pro ὅφιν.

— 312, lin. 13 ἀλλιῶς (quod et Normannus habet) in ἄλλως fortasse mutandum; quaest. 70 extr. p. 323, 12 scriptum est ἀλλέως.

— 325, lin. 4 — 19 totum prooemium deest apud Aymonium (Niemeyer in censura laud.)

— 325 b, not. lin. 1 leg. confutatio pro sonfutatio.

— 330, lin. 6 comma post divinas delendum.

— 334, lin. 12 a fin. leg. calumniatores pro column.

— 336, lin. 3: Βιρτεμπεργίδι, pro quo interpres recte Wittembergae posuit, videtur permutatione quadam theologorum Wirtembergensium, quorum Acta Wittemb. 1584 prodiere, ortum esse; illa enim continent Jeremiae scripta hic laudata, sed nihil mutandum videtur.

— — lin. 16 leg. Ἐντείησιν pro ἐντ.

— 337, lin. ult. leg. qua — ratione pro quae rat.

— 338, l. 27 pro puncto colon ponendum.

— 341, l. 18 leg. πᾶν τοὐναντίον pro παντ' τοὐν. In Parisiensi edit. (1705) scriptum est παντ' ουναντίον falso disjunctis vocabulis, Vide p. 395, not. 2.

— 342, lin. 6 leg. αἰτιατὸς pro αἰτίατος.

— — — 18 leg. Spiritu pro Spiritus.

— 343 b, lin. 9 leg. ratiocinationibus pro ratiocinot.

— 344, lin. 20 leg. προδρομοῦ *) pro προδραμοῦ.

— 345, lin. 1 post λέγονται punctum adjiciendum.

— 348, lin. 8 leg. sunt pro sint.

— 352, lin. 12 leg. ἁμαρτωλός *) pro ἁρματωλός.

— 353, not. 2 ad: Cyrilli sermone (adde in) s. Theophania habito adde: pag. 358.

— 354 b, lin. 18 leg. adorant pro adoraut.

— 358, lin. 14 leg. glorificavit pro glorificacit.

— 359, lin. 6 a fin. leg. ἱερεύς pro ἱερεῦς.

— 362 b, lin. 4 leg. compodes pro compotes.

— 364 b, lin. 22 post annos adde vel.

— — — ult. leg. praeterquam pro praeterquem.

— 366, lin. 13 a fin. leg. bonum pro bouum.

— 370, lin. 2 a fin. pro τριχῶς Hardouin. habet τριχῶς.

— 371 b, not. lin. 2 leg. possess. pro post.

— 373 post lin. 17 inserendus videtur titulus: κατὰ τὴν τρίτην τῶν ἐρωτήσεων, quanquam et in aliis editionibus deest.

— 376 b, lin. ult. leg. autographo pro atogr.

---

*) Ita et Hardouin.

Pag. 378, lin. 14 a fin. leg. ἀξιόπιστα pro αξιώπ.
— 380, — 8 leg. Κωνσταντινουπόλεως pro Κωστ.
— 382, — 7 leg. ἄνυδροι pro ἄνυθροι.
— 383b, — 12 leg. discriminis pro descriminis.
— 386b, — 5 leg. tum pro cum. Lin. 7 a fin. leg. ἐνδεκάτην.
— 391, — 16 leg. στόματι*) pro στώματι.
— 392, — 3 leg. Καύκασον*) pro Καύκαυσον.
— 393b, — 13 a fin. aut et aut etiam ejiciendum.
— — not. lin. 2 leg. calumniatoribus pro columniatoribus.
— 394 b, lin. 15 a fin. leg. quod pro quo.
— 395 b, lin. 14 a fin. leg. vacans pro vacantem.
— 396 b, — 8 leg. scintilla pro scientilla.
— 397, lin. 17 a. fin. leg. ἀμέτρως pro ἀμήτρως.
— — b, — ult. leg. oppetiit pro opetiit.
— 399, — 13 leg. ὀπαδῶν pro ὀκαδῶν.
— — a not. 2 post Ed. adde All. **), idem not. 3 post Ead.
— 400, lin. 20 leg. Λουκάρει pro Λαυκ.
— 402, — 16 leg. ὑπευθύνους pro ὑπευθ.
— — — 21 leg. πατρός pro πατρος.
— 403, — 13 leg. frequenter pro frequentur.
— 409 b, lin. 2 a fin. leg. alios pro alias.
— 410 b, — 14 leg. tum pro cum (ita et 422, 6).
— 411 a, — 2 leg. ἀειπάρθενον pro ἀειπαρθένον.
— 412 b, — 12 leg. detorquet pro detorques.
— 418 b, — 18 leg. piissima pro piissina.
— 420 — 7 a fin. καὶ ante Παρθενίου ponendum videtur.
— 428 — 14 pro ἐμμόνους, quod legitur etiam apud Hardouinum, aut ἔμμονος aut ἐμμένουσα legendum credo.
— 434 b, — 7 leg. resurrexisse pro recurr.
— 435 a, — 7 pro ἐγκαλινδουμένων, quod habet et Hardouinus, fortasse ἐγκυλ. legendum.
— 438 a, — 14 leg. πηγή pro πήγη.
— — b, — 8 a fin. leg. episcopatus pro episcopotus.
— 440 a, not. lin. 4 leg. interprete pro intcrprete.
— 446, lin. 22 leg. ἢ pro ἤ.
— 447 b, — 14 aut et aut quoque omittendum.
— — b, — ult. post operetur linea transversa — ponenda, quia sequentia in parenthesi dicta sunt.

---

*) Ita et Hardouinus scripsit.

**) Hoc Kimmelius editioni suae calamo adscripsit; Allatii credo textum significaturus, de quo vid. Prolegom. p. XCI; de editione a. 1645 ibidem egit p. XLIV extr. seq.

Pag. 456, lin. 14 a fin. leg. *ὀρθῶς* pro *ὀρθῶς*.

— 459, — 3 leg. *ὀδοῦσι* pro *ὀδοῦσι*.

— 459, — 10 leg. *ἄτμητα* pro *ἄτημτα*.

— — not. lin. 11 leg. Bibliothecae pro bibl.

— 461, lin. 9 a fin. leg. Transsubstantiationis pro Transsubstantionis.

— 463, lin. 1 leg. *ἀδιάσειστον* pro *ἀδιόσ*.

— 465, — 16 leg. *μόνων* *) pro *μόνον*. Lin. 6 a fin. leg. *ἐπιτετράφθ*.

— 466, — 5 a fin. leg. *ἔρευναν* *) pro *ἐρευνᾷν*.

— 468, med in titulo Quaestionis IV leg. Quid pro Qui.

— 469, lin. 18 Kimmelius margini adscripsit: *Baumgarten-Crusius Dogmengeschichte* I, 229.

— 470, lin. 1 leg. *γεραίρομεν* pro *γεγαίρομεν*, quam lectionem ipse editor not. 1) improbat.

— 471, — 6 a fin. leg. pervicacia pro pervicavia.

— 474, — 13 leg. *προσκυνοῦμεν* pro *προσκον*.

— 476, — 1 leg. *τέως* pro *τεῶς*.

— — — 17 leg. *ὀπαδοῖς* pro *ὀκαδοῖς*.

— 477 supra paginam leg. Synodus Hierosol. pro Dosith. confessio.

— 479, lin. 2 leg. *καθηγέμονας* pro *καθηγεμόνος*.

— — — 6 a fin. leg. *Ἀλυσιτελὲς* pro *Ἀλυσιτιλὲς*.

— 481 b, lin. ult. leg. ob pro ab.

— 482, lin. 9 a fin. leg. *πρεσβείας* pro *προσβείας*.

— 483, — 9 — — ante pro retro.

— — — 6 — — *Ῥωμαίων* pro *Ρωμ*.

— — not. lin. 1 leg. ad pro ed.

— 485, lin. 14 leg. *αἰσθήσει* pro *αἰσθήσαι*.

Ad Indicem rerum praecipuarum addenda:

— 489 b, lin. 12 a fin. post Anima — proborum adde: 139.

— — — — — — appellantur — — : 42 (373).

— 490 a — 10 — — repeti 451 adde: 456.

— — b post v. Charismata adde: Cherubim 310. 471.

— 491 a, lin. 5 leg. coe- pro coe

— — post v. Daemones adde: Decalogus 294.

— — b, lin. 11 leg. ab eo pro eum.

— 492 a post v. Eleemosyna adde: Elisaeus 303.

— 493 a, lin. 7 a fin. leg. Thisbites pro Thesbytes.

— — b, — 1 post numm. 10. 28 adde quando? 77.

— — — 7 leg. absconditas pro absond.

— — — 17 a fin. leg. 306. 472. pro 172.

---

*) Ita apud Hardouinum legitur.

Pag. 493 b, lin. 6 a fin. leg. contra Lutheranos pro coutra Lutheranus et adde num. 483.

— — — ult. leg. fundamentum pro fundameutum.

— 494 b, — 7 — Iterationem pro Iteratio.

— 495 a, — 8 a fin. post Deipara 105 adde semper virgo 356. 411. 433. 458.

— — — 5 leg. 355 s. pro 438.

— — — 4 — ob pro ab.

— 496 a ad v. Panis adde: fermentatus in coena sacra 179.

— — b v. Peccatum lin. 6 post humana adde: 87.

— — lin. 2 a fin. adde 295.

— 498 a, lin. 12 post 195 adde 414.

— — b, — 4 a fin. post 142 adde 424.

— 499 b ad v. Traditio apostolica adde 58.

Quae praeterea mihi commemoranda visa sunt, Appendicis (s. Monumentorum fidei P. II) praefationi inserui, ubi et variantes lectiones ad Gennadii Confessionem (II) genuinam a Car. Ottone ex editione iterata Brassicani exscriptas exhibui.

Scr. Jenae m. Octobri MDCCCXLIX.

H. Weissenborn.

tinetur? Praetermissis igitur operibus virorum quamvis doctissimorum, qui dogmata exponere suisque sententiis illustrare studuerunt, veluti *Joannis Damasceni*, ad confessiones potissimum mentem advertunt, qui Graecae ecclesiae naturam perspicere librisque singularibus tradere volunt. Jam vero, quum nullus exstet liber symbolicus, ab omnibus Graecorum sacerdotibus ita subscriptus, ut ab ejus doctrina se nullo modo recessuros unquam esse, quasi jurejurando se obstrinxissent cuncti, in his ipsis *confessionibus* acquiescendum est, quas vel publicas vel privatas esse scimus, quarum quae ad primum genus pertinent vel pertinere volunt, hoc quidem volumine colligere placuit, ne Graeca ecclesia honore, quo aliae jam dudum fruuntur, indigna videatur esse.

§. 2.

Prima vero occasio, publice, quae sit fides ac circa res divinas persuasio, profitendi oblata est Graecae ecclesiae, quum, Constantinopoli anno saeculi XV. quinquagesimo tertio a Muhammede altero vi expugnata, de Graecorum Christianorum juribus quaesitum esset. Narrat hujus rei locupletissimus testis in *Martini Crusii Hist. Eccles. Turcograec.* II. p. 108 sq., Muhammedem, ceterum saevum tyrannem, Gennadio tunc temporis Patriarchae mirifice favisse, eique non solum dona [1]), ab Imperatoribus Patriarchis electis dari consueta, concessisse, sed etiam domicilium ei donavisse celeberrimum apostolorum templum; denique, homine non procul occiso, verenti Patriarchae, ne ipse criminis incularetur, permisisse, ut sibi monasterium Deiparae Pammacaristae domicilium eligeret. Addit, ipsum Muhammedem visendi et colloquendi caussa in hoc templum intravisse, cui de fide

1) Erant preciosus pileus cum velamento sub pileo, pallium undulatum, albus equus, quo adscenso Patriarchus urbem perequitabat, fausta ei precatus. Cfr. *Heineccius* Abbildung der alten und neuen griech. Kirche. Leipzig 1711. III. p. 60.

Christiana quaerenti Patriarcham liberaliter respondisse. Et hoc ipsum colloquium pro *confessione est*, quam *ecclesiae nomine* Patriarcha exhibuit. Quae quidem fidei expositio eo doctior sane esse debebat, quo magis ipse Gennadius prae ceteris quum Graecis tum Patriarchis doctrina et eruditione elucebat, quapropter σοφωτάτου cognomen ei inditum est [1]). Aetate eum illo tempore jam fuisse provectiorem, inde conjicio, quod non solum quinque annos munere suo functus diutius ecclesiam gubernare noluerit [2]), quasi novis perturbationibus compescendis impar, sed etiam, quia jam anno MCCCCXXXIX. concilio Florentino interfuit, cujus etiam historiam descripsisse fertur [3]). Videtur autem Georgius Scholarius, quamvis doctrinae laude abundaret, tacitus turbulentarum illarum concionum testis fuisse, et auctoritate magis et privato consilio quam ore et oratione valuisse. Quippe sacris non inauguratum synodo ipsi non admissum fuisse, tradunt auctores. Tres alii Graeci suae ecclesiae patrocinium publice susceperant: *Bessarion*, doctrina ac prudentia praestantissimus, idemque disertus, Nicaeae, *Mar-*

1) Quod de sua ipsius eruditione dicit in libro pro concil. Florent. conscripto cap. II. sect. 7., se non in philosophorum et rhetorum literis versatum esse, sed naturam ipsam sibi pro doctore comparavisse, id aut modestius dictum est, aut testimonio, Georgium, quippe ad jus dicendum sese paraturum juvenem, in philosophorum et rhetorum scholis non versatum esse. Privatis igitur studiis postea videtur philosophiae cognitionem sibi paravisse.

2) Turcograec. p. 120.

3) Hujus libri MS. in Biblioth. Caesarea Vindobon. asservari docet *Lambecius* comment. de Bibl. Vindob. VIII. p. 509. Harum rerum mentionem fecit in libro pro *Concil. Flor.* conscripto (Biblioth. Patr. Maxim. Vol. XXVI. p. 605) cap. V. sect. 16., si verus ipsius liber est nec suppositius. Utitur his verbis: Nos vero beatissimum Eugenium IV. Rom. Eccles. Pontificem (vidimus) quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumtibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur, celebrataque est synodus ingens atque admirabilis Ferrariae et Florentiae, insignibus Italiae urbibus, magna doctorum et sapientium virorum frequentia et theologiae scientia atque virtute illustrium.

cus Ephesi, *Dionysius* Sardium Archiepiscopus, qui omnes hoc consilio gravi muneri initiati tunc temporis sunt, teste *Sgyropulo*, qui ipse synodo interfuit, ἵν' ὡς πρόκριτοι παρῶσιν ἐν τῇ συνόδῳ [1]). Hi igitur Georgium adjutorem tam gravem habebant, ut nonnulli, qui de rebus Florentiae actis commemorarent, dignum eum haberent, quem inter eos fuisse traderent, qui post multas disceptationes Latinis assentirent. Post vero revocasse eum, auctor est *Laonicus* [2]). Scimus enim, quum Joannis Palaeologi Imperatoris de civitatis ruina verentis opera et Bessarionis, quem Latini ceperant, eloquentia id esset effectum, ut Graecos inter et Latinos foedus initum nominumque subscriptionibus confirmatum esset, novas Constantinopoli ob nimiam Imperatoris et legatorum in Romanos indulgentiam exarsisse contentiones, ita ut fieret ἕνωσις διαίρεσις [3]).

Quae vero mentis mutatio, qua factum esset, ut Scholarius modo Florentini concilii decretis assentiret, modo ea rejiceret, denique ea celebri illo libro *pro* concilio conscripto rursus defenderet, ut aperte fatear, me male habet. Qualem enim arbitremur virum fuisse, non illiteratum nec imprudentem, sed contra eruditionis et consilii plenum, qui brevi tempore ter sententiam mutavit? Profecto tam imbecillum, mobilem ac stolidum celebratum illum et doctum hominem fuisse, ut credam, non possum de me impetrare. Refragatur non solum ejus natura, quali fuisse eum opinamur, deinde liber ille pro quinque Florentiae a Graecis concessis locis; sed etiam perpetua, quam cum Bessarione, La-

---

1) Prodiit ejus *historia concilii Florentini* cum vers. Latina, notisque ac prolixa praefatione studio Roberti Creyghtonii, Hagae Comitis, anno saeculi decimi et septimi LX., forma maxima. Refert de illis consilii principibus sect. III. c. 15. p. 19.

2) Histor. Libr. VI.: *Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ' Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι.*

3) Histor. Politic. Turco-Gr. I. p. 4.

tinorum partes prorsus amplexato, habuit, amicitia [1]). Dedit enim Bessarion ad Graecos de Petri primatu epistolam, in qua multa fere iisdem verbis leguntur, quam quae sunt in Gennadii libro supra laudato, cujus quinto capite de Papae auctoritate quaeritur; porro locis a Leone Allatii operi de *ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione* composito [2]) ex. aliis Gennadii libris intermissis nihil inest, quod istam mentis inconstantiam significet [3]). Adversantur et aliorum auctorum testimonia. Certe Joannes Plusiadenus in dialogo, cujus Leo Allatius mentionem fecit l. l. p. 907. haec habet dicentes: *Εὐλαβής: καὶ τίς ἔμεινεν ἐν τῇ τῶν Γραικῶν πίστει, ᾧ σὺ τὴν εὐλάβειαν ἀποδίδως; Ῥακενδύτης*

---

1) Cfr. Biblioth. Maxim. Patr. Lugduni 1677. Volum. XXVI. p. 555., ubi brevis vitae Gennadii adumbratio.

2) Prodiit hic liber famosus Colon. Agrippinae 1648.

3) Ita p. 889. in orat. *de Pace* in concil. Florentino habita illorum se criminationibus opponit, qui patrum scripta a Romanis adulterata esse dicerent: *τὸ δὲ Λατίνους βουληθῆναι διαφθεῖραι τὴν πίστιν καὶ τὴν τῶν διδασκάλων ἁπάντων νοθεῦσαι θεολογίαν, τίς οὕτως ἁπλοῦς ἐστὶν, ὥστε πιστεῦσαι; Ἢ τίς τοῦτο κατὰ Λατίνων εἰπὼν οὐχὶ καὶ γέλωτα προσοφλήσει; Οὐδεμία γὰρ ταυτησὶ τῆς κατηγορίας πλείοσί τε καὶ μείζοσι καὶ ἀληθεστέροις ἂν ἐλέγχοιτο λόγοις.* Quocum id congruit, quod in *expositione pro Florentino concilio* legimus c. I. sect. 1. in Bibl. supra allegata p. 562. de Marco Ephesio acerrimo Latinorum impugnatore, sed conventuum frequentiam ignave devitante: Sin autem in tempore ad disputationes accedebat, ac (lege *at*) sanctorum auctoritates non approbabat, corruptos et adulterinos vetustos, sacros et divinos doctorum codices dicens. Item in alter. cap. sect. 2., de sancto sacrificio agens: Praeterea divinorum et sanctorum patrum traditiones firmiter amplectimur et integre tenemus simul et capessimus, eorumque pia dogmata et scripta praedicamus, nec libros eos corrumpimus — neque eorum dicta depravamus. Neque facile Gennadius in ead. orat. *de Pace* illam synodum pro oecumenica habere potuisset (Leo Allat. l. l. p. 919.), neque una cum Bessarione Marci Ephesii *κεφάλαια συλλογιστικὰ πρὸς Λατίνους περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος* potuisset redarguere (Leo Allat. l. l. p. 935), cui responso opposuit idem ille Ephesius *Epistolam ad Georgium Scholarium contra ritus et sacrificia Romanae ecclesiae.*

apud eum valuerit. Quod enim vix fieri posse videbatur, ut, Turcis, gente horrida ac fera, urbem tenentibus, Graeci possent intra eadem moenia tranquille degere; id Patriarchae ope et liberali fidei Christ. expositione effectum est. Habemus vero hujus *fidei confessionis* duplicem editionem: unam, dialogica forma conscriptam, alteram continua oratione, quae est primae illius retractatio. Inducitur in illa Muhammedes de articulis christianae fidei, quos sane fama atque auditione potuerat accipere, interrogans, Gennadius ei respondens. Hanc primo Patriarcha videtur literis consignavisse. Post vero, quum imperator eam professionem literis mandari sibique tradi vellet, retractavit, elimavit et absolutiorem reddendo hanc alteram evulgasse videtur. Utraque vero hoc habet commune, quod *veterem* tractat *theologiam* i. e. duo illa dogmata, in quorum perscrutatione veteres praecipue versati sunt, *de deo ejusque natura* et *de Christo ejusque sublimiore natura.* Cetera quidem dogmata quod omiserit auctor, multum absum quin vituperem. Quis enim est, qui nesciat, in illis duobus tunc temporis Christianorum proprietatem conspicuam habitam fuisse? Nullo igitur pacto Patriarchae opus fuit, cetera dogmata, veluti ea, de quibus Graeci a Romanis dissenserunt, attingere. Satis fuit, illa duo ita absolvere, ut Turcarum principi etsi non plena assensio, certe lenius judicium mediocrisque reverentia exprimeretur. Id quod talem habuit eventum, ut saepius Gennadius ad imperatorem vocatus esse, utque ipse Muhammedes de sua religione addubitavisse diceretur. Ex quo id certe efficitur, eum liberaliorem ac mitiorem rebusque divinis et audiendis et percipiendis aptiorem fuisse, quam vulgo creditur.

Spirant vero illae confessiones, et a liberalitate et a doctrina merito laudatissimae, Platonicam de dogmatis illis palmariis sentiendi rationem. Viguit enim adhuc illo tempore Platonis studium, cui optimi quique sese dederunt. Sed exstiterunt jam Aristotelis amici, qui cum Platonicis concertare, eorum magistro palmam eripere eamque Aristo-

teli deferre omni ope niterentur. Ex his fuit imprimis Georgius Trapezuntius, Romae demortuus anno saeculi XV. octogesimo sexto. Scripsit is librum plenum, ut tradunt auctores, contumeliarum, quibus Platonis auctoritatem infringere studuit, cujus patrocinium Bessarion, a Papa jam inter purpuratos patres relatus, ita suscepit, ut, plaudentibus ei plurimis doctis hominibus, Trapezuntius temeritatis suae poenas daret [1]). Bessarion autem, quamquam pro Platonis gloria certamen subiit, tamen non inter acerrimos hujus propugnatores stetit. Ut in ecclesiarum discordiis mitem se praebuit, neutri plane repugnantem, sed neutri prorsus servientem; sic etiam in scholarum philosophicarum contentionibus ita versabat naturam, ut Platonis quidem fautor, non vero Aristotelis contemtor aut implacabilis hostis numerandus videretur esse. Neque hoc in genere Gennadius ejus dissimilis fuit. Platonicam palam sectatus est scholam, non vero Platonica, quae minus viderentur Christiana esse, temere amplexabatur. Constat, eum contra *Plethonem*, Byzantinum, medio saeculo XV. in Peloponneso denatum, acriter pugnasse, quia Platonis quidem placita docte et subtiliter docebat, sed destructo ipso christianae doctrinae fundamento, quod in dei unitate innititur. Hanc ille simultatem contraxerat sibi ob libros *de Platonicae atque Aristotelicae philosophiae differentia* et *de legibus* conscriptos, qui praeter Gennadium etiam Georgium Trapezuntium et Manuelem Peloponnesium [2]), magnae ecclesiae rhetorem, nacti sunt acerbissimos adversarios.

Sed ut ad Gennadii confessiones redeam, haec fere

---

1) Cfr. *Leo Allatius* diatribe de Georgiis p. 378.

2) Manuelem praeterea offendisse fertur alius liber Plethonis *περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀπόδειξις, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* etc., in quo argumenta maxime ex Platonica gentilium philosophia petierat. Quo ita exarsit Manuelis ira, ut eum infensi christianae virtuti animi insimularet. Cfr. *Leo Allatius de perpet.* etc. p. 935.

sunt, quae ad Platonicae familiae consuetudinem ac formam cogitata videntur esse. *Deum non esse interpretabilem* ut est p. 1.; summum Platonicorum dogma est: Plat. Tim. 303. Bip. edit.; Orig. contr. Cels. VII. 48.; Greg. Naz. orat. XXVIII. Per viam eminentiae, ut ajunt, de dei virtutibus posse conjecturam fieri, quod Gennadius altera confess. p. 12. docuit; hoc idem, duce Dionys. Areop. de div. nom. 7., Platonici imprimis persecuti sunt. Θεοῦ nomen repetendum esse a θέειν (p. 1.); ex veteribus illius philosophiae sectatoribus tradidit Theophilus ad Autol. I. p. 70 et 71. Homines interdum et quidem per participationem i. e. ob vitam puram, qua divinae naturae participes facti sint, Deos nuncupatos esse p. 1 et 2., non minus est sententia, a Platonicis saepe memorata: Athanas. de Defin. Tom. II. p. 44. Clem. Alex. Strom. VIII. 2. 25. Mundum a Deo ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι esse creatum p. 11.; consueta quidem formula fuit, sed eadem a Platonicis culta et frequentata, ut Aristotelicorum de aeternitate materiae somnia restinguerentur. Deum non σῶμα ἔχειν sed ζῆν νοερῶς (ibid. art. 1.); cum gravitate monet vel Aristotelicorum gratia, vel quod a Platonicis ita didicerat, qui idem proponere solerent: Orig. Eclog. in Genesin p. 25. Neque a Platonicorum axiomatis remota sunt, quae dicit p. 14. διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ mundum condidisse deum; similia sunt, quae Irenaeus tradit (II. 30.): *omnia fecit deus per se ipsum — per verbum et sapientiam.* Quod porro aliquoties non tam exposuit Gennadius, quam significavit, Deum et mundum condidisse et gubernare solo suo in homines amore ductum, id ipsum a veteribus Platonicis saepe disputatum esse scimus. Gravibus verbis p. 11. esse quidem *in mundo* monuit deum, sed *supra mundum*, ut, quod Platonici similibus formulis usi dicere consueverunt, deum extra ipsum mundum, cum eo non necessario natura cohaerentem monstraret. Adjecit admodum apposite, cum ἐν οὐδενὶ τόπῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ esse, quam utriusque placiti conjunctionem item veteres, qui ex

Platonicorum schola prodierunt, theologi amarunt, veluti Clem. Alex. Strom. II. c. 2. *οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ θεός· ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος.* Magnum porro momentum tribuit divinae providentiae eamque amplioribus verbis describit p. 14., plane ex mente illorum, qui Aristotelicorum placito, *sub luna nullam esse providentiam* vellent occurrere: Tatian. II. Chalcidius 345. Theodor. II. orat. Hanc simplicitatem antiquitate venerabilem, philosophicis coloribus distinctam repraesentavit etiam in Trinitatis expositione. Ut Iren. IV. 20. *adest semper*, inquit, *verbum et sapientia, filius et Sp. S.*: eodem modo Gennadius p. 13. jam ante conditum mundum affirmat fuisse *Λόγον καὶ Πνεῦμα ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ φυσικάς, ἐπεὶ ὁ Θεὸς νοῦς ἐστιν*, cui id affine est, quod veteres de *λόγῳ* certe dixerunt, eum ante mundi creationem deo infuisse, id quod apud Athenag. exstat legat. pro Christianis X: *ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ θεός, νοῦς ἀΐδιος ὤν, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν.* Magnam porro antiquitatem sapit, quod dei naturam ob ejus trinitatem non quidem verbis definiri ac circumscribi posse censet p. 2. — idem enim sensit ex Origenis schola progressus Didymus de trinit. I. 9. 15.; II. 1. —; nihilominus vero illud ipsum mysterium imaginibus et similitudinibus illustrare, quantum possit, studet. Nec in harum delectu a veteribus dissidet. *Solis* certe imaginem (p. 2.) invenimus apud Athenagor. legat. X., qui, qualis sit spiritus, lectoribus voluit ita clarius reddere. Platonicis formulis, quibuscum locus 1 Joann. IV. 16. commiscebatur, innititur illa mysticorum magis quam scholasticorum propria trinitatis explicatio, qua tres personae esse dicebantur *deus*, *sapientia* [1]), *amor*. Hanc mysterii absconditi expositionem legimus in Gennadii conf. II. p. 13. Ipsam vero duarum in Christo naturarum earumque distinctarum et *καθ' ὑπόστασιν* tantum et *προσωπικῶς* unitarum, non igitur commixtarum et confusarum rationem illustrat

1) Eadem filii appellatio ejusque naturae explicatio est in libro pro Concil. Flor. cap. I. sect. 1.

exemplo antiquitus jam adhibito, quod de hominis ex anima et corpore compositi natura sumsit p. 17. Idem non solum est in Augustini plurimis locis; sed etiam apud alios, qui philosophorum Platonicorum doctrinam et dicendi rationem ad res christianas enarrandas accommodarunt. Cfr. Cyrilli altera ad Succ. epist. Opp. V. 2. 143. Huic affine est illud, quod, qui huic similitudini aliquid momenti ac ponderis inesse arbitrarentur, usi sunt formula, qua, quo pacto humana natura juxta divinam esse potuisset, explicare sese posse opinarentur, hac nimirum, quae ibidem apud Gennadium est art. 7., τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐν αὐτῷ τῷ προσληφθῆναι συστῆναι, quod idem plane est, quod ex veteribus Alexandrina philosophia imbutis dixit Hippolyt. contr. Noet. 15. ἐν λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχει ἡ σάρξ [1]), et quod Bellarminus, multis interjectis saeculis contendit, de Christo III. 17.: Verbum sustentat humanitatem. Humana natura eo ipso, quod a divina assumta est, *substitit*, *subsistendi facultas humanitati a divina altera personae parte indita est.* Ne vero Christi divinitas humanae naturae adstricta arctiore, quam par erat, loco circumscribi videretur, vindicavit ei p. 18. Dei virtutem, qua veteres, veluti Theoph. ad Autol. II. 3. Orig. de princ. II, 13. Deum mundo longe superiorem, ei minime quasi implicatum esse, conarentur monstrare; dico id, quod apud Origenem passim est τὸ ἄπειρον, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον. Dixit Gennadius prorsus ex mente illorum philosophorum art. VIII.: ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ἄπειρος, ὥσπερ καὶ Θεός ἐστιν ἄπειρος, contendens, hunc λόγον et in Christo (homine) esse, et in mundo et in coelo et in Deo patre [2]); quippe qui ex

---

1) Disputavi de loco Hippolyti, quem inter Alexandrinae theologiae fuisse auctores comprobaturus eram in dissert. *de Hippolyti vita et scriptis* part. I. 1839. p. 35.

2) Praestat lectio ἐν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, quam in textum non admisisse ex Crusii edit., nunc poenitet. Habet etiam scripturam sacram patronam et auxiliatricem. Nec facile hoc loco Deus a patre potest secerni nec dici Λόγος et in Deo esse et in patre. Cfr. Confess. prima p. 3.

eorumdem illorum sententia nunquam esse possit ἄλογος. Dicere autem ausus est, Λόγον in Deo ipso esse et tamen per se subsistentem. Priscam enim sententiam ante jam p. 17. professus fuit: quodcunque sit in Deo et ex Deo, id sua natura (Crusii rursus lectionem secutus sum) Deum ipsum esse, non ita divinae naturae quasi involutum, ut non suis viribus exsistat; in Deo enim nullum esse συμβεβηκός, unde Λόγον non solum natura sui compotem, sed etiam Deum esse. Dixi priscam hanc esse argumentationem et philosophiae speciem prae se ferre. Iisdem enim rationibus Greg. Naz. orat. XXXI. declarare conatus est, spiritum esse οὐσίαν, non συμβεβηκος, deinceps deum esse. — Viguit antiquitus de inspiratione etsi non accuratius definita haec certe opinio, non, ut videtur, apud omnes sed apud eruditiores ac liberaliores: fuisse non omnes sacros auctores eodem divino afflatu dignatos, alios potius aliis superiores vel largiore vel diutius durante revelationis beneficio. Hoc certe *Origenes* saepius fassus est; disertis verbis in homil. in Numer. XVI. 8.: aliqua quidem *dominus* locutus est, et non *prophetae*; alia vero *prophetae* et non *dominus*. Pari modo etiam Gennadius hanc sibi finxit sententiam, prophetarum, qua usi essent, inspirationem et exiliorem fuisse et interruptam. Hoc certe latere puto illis verbis, quae sunt p. 19.: Dei benevolentia magis adaucta est ex eo, quod ipse deus (ex Crusii edit. ipse Logus divinus et deus) cum omni sua virtute in Jesum pervenit, quam quod *ἔπεμπεν εἰς τοὺς προφήτας αὐτοῦ μίαν χάριν ἢ δύο, καὶ εἰς ἄλλον μὲν προφήτην ἐλάττονα, εἰς ἄλλον δὲ μείζονα.* Non igitur omnis prophetarum multitudo eadem inspiratione adjuta est, nedum illa, quae in Jesu fuit, postquam deus ipse ejusque Λόγος ei inhabitavit; sed modo majore modo minore, utique pro eorum dignitate. Nec eis infuit λόγος, sed χάρις, id quod etiam de cunctorum scriptorum natura dixit art. 15. — Λόγος vero cur cum homine Jesu copularetur oportuerit, bene exposuit Gennadius p. 14., nec hoc in loco a priscorum philosophantium theologorum alie-

natus. Totus enim terrarum orbis divinarum legum oblitus praeter Judaeos multorum deorum, qui non veri essent Dii (θεοὶ μὴ ὄντες p. 15), cultui addictus fuit. Voluit igitur Deus ἀνάπλασιν τῶν ἀνθρώπων fieri per Verbum et Spiritum, et ob hanc potissimum *novam creationem* — quae rursus ex Platonicorum sententia dicta est — divinitas suscepit humanam naturam. Sic quidem paravit deus ob solam suam misericordiam convertere homines et liberare ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων. Quam totam opinionem ex Platonicorum scriptis mutuatus est. Hi enim deos alienarum gentium *Deorum* nomine indignos habuerunt, sed daemones vocabant, quorum fraude factum sit, ut unus deus negligeretur inque eum officia violarentur, ut deorum nomina inventa essent fabulaeque, quarum suavitate omnis veritas sublata esset, excogitatae atque in vulgus dissipatae [1]). Quod animarum post mortem statum attinet, ex priscae ecclesiae consuetudine illarum immortalitatem cum corporum resuscitatione arcte composuit, corpora sanctorum secundum Platonicas formulas ἄφθαρτα, φωτεινὰ, ἐλαφρὰ futura esse ratus p. 20. Quid interim usque ad illam corporum restitutionem agant ac sentiant animae, non satis liquet ex art. 12. Ni vero egregie fallor, praeparari eas putavit ad plenam beatitudinis perceptionem. Dixit enim, tales animas τελειοῦσθαι εἰς τὴν γνῶσιν, qua usque ad corpora reddita adauctae videbunt dei arcana, quae nunc quidem jam cognoscunt, sed tantum per fidem. Refellit igitur illorum sententiam, qui animarum vel justorum conditionem esse in sensus, virium et conscientiae carentia opinarentur; rectissime et cum veterum optimis et sagacissimis viris [2]) jam illo tempore, inter mortem et resuscitationem posito, esse remunerationis initium statuens [3]). — Addere denique pauca lubet de argumentis pro rei christia-

1) *Baumgarten-Crusius* Theol. bibl. p. 35. Hist. Dogm. II. p. 982. n. 2. 2) Justin. dial. c. Tryph. 80. 3) Eandem fere sententiam legimus multis argumentis stabilitam in libro pro Concil. Florent. c. IV.

nae veritate a Gennadio prolatis. Ac primo loco ponit *vaticinia* p. 21., quam item *Justinus* Apol. I. 30. μεγίστην καὶ ἀληθεστάτην ἀπόδειξιν esse censuit. Vaticinatos esse prophetas, quaecunque fecerint et Christus et apostoli, quem accuratum vaticiniorum in Christo eventum miratus jam fuit *Orig.* de princ. II. 2 sqq. in Joann. Tom. II. 28.; vera etiam oracula Graecorum συγχωρήσει Θεοῦ de Christo facta fuisse; id quod non multum abest a sententia late pervagata, antiquitatis doctissimis et summis hominibus infuisse σπέρμα quoddam divinum, quo ad verum indagandum et Christiana quaedam invenienda lati essent (μετὰ εὐφημίας τοῦ Ἰησοῦ apud Gennad. art. 14.). Astronomis etiam et Persarum [1]) et Graecorum ab eodem hanc tribui laudem, quod futura praeviderint, permittente scilicet deo, et quasi eminus Christum intuentes, non mirabitur, qui, quantopere astrologorum artem veteres ad futura praecognoscenda valere opinati sint, secum reputarit [2]). Alterum pro christiana veritate petiit argumentum ex scr. sacr. perfectissima consensione, et hanc ex ejus auctore, quae fuerit gratia divina (art. XV.). Quae cuilibet in veterum lectione versato id in memoriam revocant, quod est apud Iren. IV. 9 sqq. 15 sq. 32. (cll. Clem. Alex. Paedag. III 12.); hoc tantum discrimine inter utrumque intercedente, quod ille consensum ex inspiratione, hic inspirationem ex consensu repetiit. Tertio argumento ex eo desumto, quod multi et sapientissimi quidem homines ad hanc fidem accesserint, apte adnectit quartum, quod *morale* dixerim, perantiquum, ex Apologetis a *Justino* [3]) jam frequentatum: religione christiana contineri πάντα πνευματικά, nihil, quod hanc tantum vitam spectet, sed instillare hominibus amorem dei et futurae ejusque aeternae vitae; eripere eos hujus et calamitatibus et fortunis collocareque in subli-

1) Justin. Cohort. c. XI. Euseb. Praep. Evang. IX. 10.
2) *Baumgart. Crus.* Dogm. Hist. II. 869. not.
3) Dial. c. Tryph. c. 110. Apol. I. c. 15 sqq.

abiisse putandus est. Ac si quis ex eo quaerere voluisset, quid ipse de his verbis, quibus secum pugnare videatur, sentiret; haud arbitror eum alia responsurum fuisse, quam quibus in libro pro concil. Florent. I. 4. in re simillima se expedivit. *Cyrillus M.* in Joann. XIV. his verbis quum usus esset: *ex divina essentia profluit, quod ex ea procedit;* quibus spiritus sancti processio ad solum patrem referri videtur; Gennadius non dubitavit his opponere illud, a Deo cum filio omnes sui proprias virtutes communicari, non *improprie sed naturaliter et essentialiter;* ergo etiam illam vim, qua spiritus s. ex ipso progrediatur. Quo quidem concesso illibata erit Gennadii fides, nec debebit ubivis locorum, necessitate urgente nulla, vel ne opportunitate quidem data, patris nomini addere filium, quum neuter sine altero sit [1]). — In alterius confessionis loco, ubi eamdem rem disquirit, clarius et distinctius, vel si mavis, cautius dixit; rectissime (p. 13.) et ecclesiae graecae, quae personarum semper unam *πήγην* et *ἀρχὴν* esse statuit, accommodate *ἐκ τῆς φύσεως τοῦ θεοῦ* exoriri verbum et spiritum arbitratus, quum in natura divina universa *νοῦς, λόγος* et *πνεῦμα* sint, ut in humana *νοῦς, λόγος νοητὸς* et *θέλησις νοητὴ,* quae tria in uno humanae animae principio innitantur. Jam vero ex iis, quae dixit ad naturarum duarum origines explanandas, facile sequitur, eum noluisse spiritus processionis filium penitus expertem esse. Deus quum se intueatur; se cogitat. Haec ipsa cogitatio — quum sit nihil inane ac vanum in deo — est dei filius seu sapientia. Per hanc vero se ipsum deus et intelligit et diligit; oritur igitur ex sua mente, se et cogitante et intelligente, dilectio, qui est spiritus sanctus. Ergo in spirando spiritu s. et ipsa dei natura

1) Id saepius de filio praedicat, eum scilicet numquam a patre abesse, etsi in terra sit et inter homines versatus. Cfr. p. 3. 7. Quapropter dicit p. 8. *principium productivum esse patrem et etiam filium, productos autem esse filium et spiritum s.;* quod utrumque facile potest consociari.

interior et hujus sui ipsius conscientia, quasi exterior dei natura, suas habet partes i. e. et deus et filius. Hac sane ratione, quam sagacissime excogitatam esse cognoscimus, potuit Gennadius Graecum cum Latino dogmate ita consociare, ut utraeque factiones in ea acquiescerent. Monstrum enim hoc quasi carmine dimovit, quod Graeci veluti larvam semper extimuerant, dico sententiam, abominabilem ductam, in divino numine esse duo principia. Romanis vero satisfecit, quod ex uno principio divino posito produci censuit tria, quorum tertium ex primis duobus, quae vicissim in se valeant, esse atque oriri voluit.

Adnotavit *Possevinus* in apparatu sacro ad scriptores V. et N. Testam., qui liber clarissimi Jesuitae prodiit Venetiae et Colon. 1603 et 1708, memoratu dignum esse illud, quod Gennadius sacrae trinitatis personas dixerit *idiomata* seu *proprietates*. Quod quum Lugdunensis bibl. patr. maximae editores priori confessioni praefigerent, quasi ad hanc Possevini judicium spectaret; vehementer falsi sunt. In hac enim p. 2. 4. et saepius *personarum* in trinitate mentio fit. Spectat potius ad alteram confess., in cujus tertio articulo in deo praeter alias virtutes ad humanas propius accedentes esse ἄλλα τρία ἰδιώματα dicuntur, ex quibus ceterae illae tamquam ex suo fonte promanent, inque quibus ipsa dei vita consistat. Non vero Gennad. in hoc solo nomine acquievit, cujus vix excusationem nactus esset. Prudenter adjecit: haec tria idiomata nos vocamus τρεῖς ὑποστάσεις, et quae insuper apud Crusium leguntur ἤγουν τρία πρόσωπα, quae Possevinus in suo textu non invenisse videtur. Utcunque res se habet; hoc certissimum est, Gennadium, ut nos trinitatem, tria illa singula vocasse *proprietates* non *dei*, ut nos trinitatem dicimus, sed *in deo*, in quibus verbis omnis cardo vertitur. Infuerunt illa deo, tamquam ἐνεργεῖαι art. 4., ut supra dictum est, ita ut pro ejus expositione dici liceat: in deo est Νοῦς, Λόγος, Πνεῦμα, quod nullus graviter ferat. Non vero inania virtutum haec verba sunt; sed sua natura

malunt, orientalis ecclesia otio hebescere et languescere coeperat, quum ex pluribus saeculis et cultus et doctrina apud Occidentales multa fecisset incrementa. Neque celeriter in tantam hominum orientalium barbariem et tyrannidem reformatae ecclesiae lux refulgere potuit, quum fere saeculum decursum fuerit, usquedum novae doctrinae ejusque evangelicae vestigia inter Graecos deprehenderentur. Fuit vero Cyrillus, cui cognomen Lucaris [1]) est, alacri animo vir, eruditione conspicuus, et sanctis plane atque incorruptis moribus, qui omni studio id elaboraret, ut suorum hominum torpentia ingenia excitaret, et quae apud Orientales, jugo Papae excusso, ipse didicerat, inter Graecos divulgare auderet. De cujus vita ac moribus pauca decerpere in animo est, ne ejus laudes a catholicis misere imminutae, a reformatis maxime theologis nimis concelebratae injuste lateant. Natus est Cyrillus in insulae Cretae urbe *Candaca* [2]), ut dixerunt Arabes, — *Candia* vulgo vocatur, unde tota insula nomen traxit, — anno nescio quo, auctores enim nullos novi, qui de hac re disputarunt [3]). Fuit vero illa insula tunc temporis Venetorum imperio subjecta, quapropter et ob scholarum Graecorum miserrimum statum, qui erectioris animi essent juvenes, in Italiam studiorum caussa sese conferrent. Sed insigni illis incolis beneficio cecidit, ut, quoniam Veneti Turcis mitiores et liberaliores fuerunt, post Constantinopolin expugnatam plurimi viri eruditi in Candiam, Patriarchae Constantinopolitani jurisdictionem, abiissent, qui juvenes literis imbuerent. Ita fuit Creta Graecarum literarum quasi sedes

1) Est patris nomen. Scribitur enim in *decreto synodi Const.* quod infra legitur, p. 398. 407. *Κύριλλος Λουκάρεως*, ad quam formam pertinet etiam dativus *Λουκάρει* vel *Λούκαρι*, qui p. 400 est.

2) Scribitur etiam *Chandace*, quam *Nic. Comnenus Papadopoli* hist. gymnas. Patav. Tom. II. 180., ubi de Georgio Trapezunt. agit, insulae caput fuisse dicit.

3) Quum vero plus septuaginta annos vixerit, ante annum 1568 in lucem editus sit oportet.

haud contemnenda [1]). Praeceptorem ibi habuisse fertur Meletium, quem Hottingerus dicit Cyrilli συμπολίτην, post Patriarchum Alexandrinum [2]). Pro more illius temporis, ut majores in literis et humanioribus, quae dicuntur, et theologicis faceret, se contulit in Italicas regiones, et, ut par fuit Cretensi, Venetias, ibique praeceptorem nactus est, qui libere contra Papae famosissimos satellites, Franciscanos et

---

1) Id elucet ex multis *Turco-Graeciae* locis, veluti p. 507. ex *Constantini Servii Cretensis* epistola, ubi inter alia haec: Turcarum scelere accidit, admodum paucos (doctos) tempestate nostra reperiri; quorum major pars, patria undique relicta, Cretam, unicum refugium se contulit. Enumerat deinceps haud paucos, inter quos *Maximum Margunium*, post episcopum Cytherorum, epistolae de processione Sp. S. auctorem (Bibl. patr. max. Tom. XXVI. p. 474. Exstat etiam in Ogdoade scriptorum Graecorum quae prodiit Londini 1624.), et *Meletium Alexandrinum*, omnibus, qui vitam illic agant, carissimum. Queritur hic et alias de scholis deficientibus: *Gymnasia fere nulla sunt, demtis literariis ludis*. Cfr. l. l. p. 485.

2) Append. Dissert. VIII. p. 552. ad Analecta historico-theol. 1652. Is idem videtur esse, quem in epistola paullo ante citata laudatum invenimus. Discernendus est ab alio Meletio, *Marco Syrigo*, qui in Creta natus est anno 1585, idem aequalis Cyrilli Lucaris, deinde Abbas claustri Cretensis electus, post Protosyngellus Constantinopolitanus, Galatae emortuus XVII. April. 1662. Utriusque Meletii opuscula edita sunt a Renaudoto Par. 1709. Hic Syrigus nomen subscripsit synodis contra Cyrillum convocatis, primae his verbis usus: *Μελέτιος Συρίγος ἱερομόναχος καὶ διδάσκαλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας*, alterius subscriptionem legimus infra p. 420. Tertius Meletius calculum adjecit Synodo Constantinopolitano 1643. apud Rhodum Metropolita. Sed est de Cyrilli magistro haec discrepantia. Literae ad Crusium datae dicunt Meletium *Alexandrinum*, tamquam in Creta hospitem, literas tradentem; Hottingerus eum facit *Cretensem* et post Alexandriae Patriarcham. Si rectum conjicio — Hottingerus enim nullos testes, quibus usus est, adjecit — fuit Meletius Alexandriae *natus*, in Creta *literas docuit*, ibique inter discipulos Cyrillum habuit, postremo in Patriarchae sedem Alexandriam *revocatus est*. Interim vero *Πρωτοσυγγέλλου* munus Alexandriae gessit, Turco-Graec. p. 234, ubi perdoctus, perhumanus, religionis studiosus dicitur. Ei Meletio Cretensi, Alexandriae Aegypti Protosyngello literas dedit Crusius anno 1582. Protosyngellus vero est primarius sigilli Patriarchalis custos, cujus munus magnum apud Orientales habitum est.

Jesuitas, libros multum lectos ediderat, Maximum Margunium, gente et eruditione Graecum, eumque etiam Cretensem, ut ex epistola, ex qua supra aliqua descripsimus, elucet. Ex eadem etiam constat, non ante annum 1583. hunc doctorem Venetias abiisse, permotum fortasse belli tumultibus, quod circa illa tempora Veneti cum Turcis habuerunt; neque Cyrillum ante eumdem annum Venetiis literis operam navasse. Invenio apud recentiores auctores, qui de hoc Cyrillo egerunt, eum *Patavium* quoque adiisse, id quod facile ob loci opportunitatem et famam et ingentem in Cyrillo scientiae ardorem credi potest, dummodo ne, ut Engelhardtius Hist. Eccl. III. 195. et alii Venetias omittamus, nove, ut Bohnstedt [1]) Margunium Patavii docuisse videamur dicere. Non vero solum audiendo et discendo, verum etiam aliorum instituta, mores et religiones coram videndo ingenium excolere decrevit. Italiam peragravit totam, vixit deinde, ut videtur, diutius apud Genevenses, inde in Belgiam profectus est. Quas praeterea provincias adierit, non satis liquet, nec ex aliorum auctorum narrationibus comperi. Hoc unum constat, ex his inter reformatos christianos itineribus ipsum illorum doctrinae et ecclesiae magnum concepisse amorem, adeo ut dogmata quoque et controversias in patriam redux magis magisque cognoscere cupierit [2]). Narrant auctores (Bohn-

---

1) Dissert. de Cyrillo Lucari ejusque pro re Graecorum emendanda certaminibus, (respond. Francke) Hal. Magdeb. 1724. p. 7.: *Venetias Pataviumque adiit — praeceptorem ibi nactus est Maximum Margunium* etc.

2) Cfr. epistola anno 1613. ad Joannem *Uytenbogaertem*, remonstrantium Hagae doctorem, qui vixit 1557—1664. et Belgica lingua de rebus ecclesiasticis librum composuit, data. Inest in libro, de quo infra aliqua dicam: *Lettres anecdotes de Cyrille Lucar, Amsterdam* 1718. p. 127. Non quidem hunc virum a Cyrillo ante cognitum fuisse, testis est epistola anni 1612, prima ad eundem data, qua amicitiae et epistolarum commercii initium fecit. Elucet his literis eximius animi candor, rei christianae amor prorsus insignis, liberalitas vehementer admiranda. Consentit cum doctore illo in eo, quod patrum auctoritas nulla habenda sit; sed laudat suam ecclesiam, quia *non novit*, *quae*

stedt p. 9. Hottingerus p. 552.), eum per Walachiam domum revertentem cum Marco Fuxio, Transsylvano reformatae religionis homine, habuisse colloquium, qui eum, Sanctorum invocationi nimis confidentem, de illorum intercessionis vanitate firmis argumentis persuaserit. Addit Leo Allatius [1]) pro naturae suae varietate, Cyrillum hinc in Saxoniam perrexisse avitaque fide divendita quingentos aureos accepisse, quod capita in catholicos composita subscripserit. Ut taceam illud, Saxones nunquam tali usos esse fraude; impium est, de viro pio et severo hoc cogitare, qui non solum gravem animi constantiam etiam re adversa tenuerit, sed episcopum Alexandrinum hac potissimum de caussa felicem praedicaverit, quod nullas opes muneris et suscipiendi et obtinendi gratia Turcis distribuere debeat [2]) Neque testes adducere lubuit Allatio, in quorum fidem accuratius investigare possemus; sed Cyrilli obtrectandi gratia haec et alia in eum ementitus est. Hoc certissimum est, eum illi in Walachia commorationi aliud tempus assignare, quam Bohnstedtius et Hottingerus, quum Cyrillum a Patriarcha

---

nam sint illae pestiferae quaestiones, quae hoc tempore inficiunt aures; nova portenta monstraque sunt αἱ καινοτομίαι, metuendae magis quam amplectendae. Contentus est, pergit, *Oriens incompta fide Christi, quam ab apostolis majoribusque suis est edoctus, in illaque usque ad sanguinem perseverat, nunquam demit, nunquam addit, nunquam mutat, semper idem manet, semper integram τὴν ὀρθοδοξίαν tenet servatque; et si quis ulterius voluerit serio statum christianum in eccles. orientis observare, rem magni momenti miraculumque animadverteret. Nam ipsi Christiani, ex quo reducti* (annon *redacti?*) *sunt in servitutem, etsi ut a domesticis anguibus ab infidelibus persequantur; — ita tamen pro fide Xti pati non est iis grave.* Ipsum vero in hac *Ὀρθοδοξίᾳ* non satis acquievisse, ex iis, quae molitus est, apparet.

1) De perpet. eccles. occid. et orient. consens. p. 1075.

2) *Lettres anecdotes* p. 152.: Alexandrinus episcopus Turcis non solvit, nunquam cum Turcis rem aliquam gerit ecclesiasticam, nunquam illos vult consiliarios et socios. Cujus rei caussam in eo sitam esse putat, quod Alexandr. Patriarchae semper *animos subditorum unitos* conservarint.

Alex. illuc missum fuisse dicit. Hanc quidem legationem eum suscepisse annis 1612. et 1613., testes sunt epistolae supra citatae; in quibus ab hoc molesto itinere se, quam celerrime fieri possit, reverti velle significat, ut libros sibi transmissos non *cursim* sed *serio* legat [1]). Ad lares redux se ad Meletium Pegam, quo jam praeceptore eum usum fuisse conjeci, sese contulit [2]); cui jam ab juvenilia studia probatus ita sese commendavit, ut ab ipso inter sacerdotes receptus et paullo post Archimandritae honore auctus sit. Sed mox ad majora Patriarcha doctum et strenuum virum adhibuit. Quum enim ineunte saeculi XVI. ultima decade Graecae scholae, quae Vilnae floruit, esset rector, *Petrus Scarga* [3]), qui fuit ex Jesuitarum sodalitio, id elaboravit, ut, quae Ruthenicae provinciae Sigismundo III., Polonorum regi, subjectae essent, in iis orthodoxa ecclesia cum catholica coalesceret. Quae quidem unio quum regi admodum placeret, quippe qui illas regiones eo subjectiores fore speraret, partim vi partim dolo confecta est. Cesserunt Ruthenorum nonnulli episcopi, ne propter religionem de dignitate

1) *Lettres anecdotes* p. 160. Puto ob controversias in illa terra inter Romanos et Graecos exortas et diutius pacem turbantes, certe ob rem aliquam ad ecclesiam spectantem, iter eum fecisse jussu Alexandrini Patriarchae. Hunc enim in hoc toto genere aliorum quasi custodem fuisse, et sequentia docent et ipse Cyrillus dicit, *Lettres* p. 150.: Quod si quid praeterirent (reliqui episcopi), Alex. judex est vicinus ad limitandum et corrigendum ea, maxime quae ad fidem spectant.

2) *Engelhardtius* H. E. III. 96. dicit, Meletium Patavii studiis incubuisse, et Constantinopoli munere eccles. gesto ad Patriarchatum Alex. vocatum esse. Auctores ego ignoro, qui talia tradiderint.

3) Hunc certe dicunt *Regenvolscius* H. E. Slavon. p. 463. *Smith* Collectan. de Cyrillo Lucari 1707. p. 56. *Alegamb.* Biblioth. patr. soc. Jes. s. voce *Scarga.* Recentissimi aliqui rerum ecclesiasticarum auctores *Possevinum*, argutum cetera hominem, falso dicere videntur. Multum *Scargam* in Russis ad Romanae ecclesiae gremium reducendis versatum esse, docet etiam liber, quem de Russorum erroribus et caussis, propter quas Graeci a Romana ecclesia defecerunt, composuit. Legitur in *Latzizki* corpore scriptorum de Russorum, Moscovitarum et Tartarorum religione. Spirae 1582.

senatoria deficerentur; imo legatos Romam miserunt, qui rem inceptam ad finem perducerent. Romae quidem magnus triumphus; sed apud Ruthenos plurimos principes, tum civiles tum ecclesiasticos, querelae et intercessiones. Rex vero, suum consilium assecuturus, synodo Brestiam convocata effecit, ut *Michaeles Ragosa*, qui et *Rahosa* scribitur, metropolita Kioviensis (annis 1588 — 99.), cum regia cleri parte Papae se subjectum esse professus sit. De hujus synodi anno non satis convenit inter viros doctos. Heineccius l. l. I. 195. post annum 1595. convocatam esse significat, Bohnstedt l. l. p. 10. annum 1596. mens. Octobr. fuisse dicit, eumdemque annum et Hasius (Kirchengeschichte 1841. p. 454.) et Julius Wiggersius, Theol. Rostochiensis (Kirchliche Statistik p. 293.) tenent; Engelhardtius l. l. III. p. 199. unionem revocat ad annum 1589., synodi nullam faciens mentionem, Baumgarten-Crusius (Compend. der Dogmengesch. p. 424. not.) 1594. synodo attribuit. Ex libro caute adhibendo, sed quod tempora attinet, fide digno: Die neuesten Zustände der kathol. Kirche beider Ritus in Polen und Russland. Von einem Priester aus der Congregation des Oratoriums d. h. Philippus Neri. Mit einem Bande Documente. Augsburg 1841., et quidem ex documento altero citra dubitationem constat, unionem post paucas sessiones die II. Dec. 1593. confectam fuisse. Anno post Michael Ragosa hoc edidit novi obsequii documentum, quod, suis episcopis iterum congregatis, legatos Romam misit, qui Papam utpote novum dominum de unione certiorem facerent, eique XXV. d. Jun. metropolitae et episcoporum, qui ad Romana castra transierant, literas traderent, quae leguntur in eod. libr. docum. tert. — At contra altera factio, cui praeerat Constantinus, dux Ostroviensis, non solum intercessionem iteravit, sed etiam, ut isti factioni vi et numero crescenti posset resistere, cum Evangelicis Augustanae Confessioni addictis de foedere agere instituit. Et in eorum parte, qui intercedendo jugum Pontificium abnuerunt, cumque Evan-

gelicis potius conjunctionem suaderent, fuit etiam Cyrillus Lucaris. Nihilominus rex unionem suam initio leviter mox severius inductam quum nollet ad irritum cadere; ad Meletium Alexandrinum literas perhumanas ipse dedit, quem et doctrina et gravitate atque auctoritate insignem ad suam partem allicere ipsius intererat. At vero Meletius, qui semper et ubique Romani pontificis arrogantiam vel irrisit vel graviter refutavit, rescripsit modeste ac verecunde, sed omnem cum catholicis concordiam amovens. Has litteras per Cyrillum Lucarium regi transmisit, quem hac data occasione ei commendat et suae sedis Exarchum appellavit [1]). Qua quidem animi liberalitate rex tanta irae excandescentia permotus est, ut non solum Meletii epistolas [2]) quavis via supprimeret; sed etiam crudelissime in Graecos, cum catholicis commercium aversatos, saeviret. *Nicephorum*, Constant. Patriarchae exarchum, captum laqueo interemit, et Cyrillo simile quid accidisset, nisi fuga saluti et vitae prospexisset. Quae enim fabula de ejus dissimulatione ac dolo a Jesuitis sparsa est, eum prolata aliqua catholicae fidei confessione se subtraxisse supplicio, ei nemo fidem habebit, qui illius generis dolos et fucum, Cyrilli constantiam ac sinceritatem,

---

1) *Regenvolscius* l. l. IV. p. 467. Smith l. l. p. 60. Ἔξαρχοι vero legati fuerunt Patriarcharum, maxime a Constantinop., ubi opus esse videbatur, emissi ad colligendas pecunias, quibus τὸ χαράτζιον, ut dicebatur tributum illud, Sultano persolveretur. Dicti deinde sunt, quicunque ad res eccles. ordinandas et constituendas a patriarchis, quorum vices administrabant, delegati.

2) Plures misisse Meletium epistolas, ipse Cyrillus Lucaris testis est, *Lettres anecdotes* p. 162.: Contigit Alexandrino Patriarchae patrocinium hoc se suscepisse, nec neglexit scribere ad regem, *ad Magnates omnes*, hortari illos, quo fieri potuit, protestari pro justitia, pro jure, pro legum reverentia, et tandem rogare, obsecrare. At omnia vana; adhuc usque illinc certior factus sum, pejus ingravescere persecutionem et violentiam, quo plus et Moscoviam occupare desperant. Et paullo post conqueritur de Jesuitarum machinationibus, quibus solis effectum sit, ut Poloni, Lituani et Ruteni, ne diutius vim paterentur, ecclesiae se subjecerint Romanae.

denique rei ipsius ancipitem speciem cognoverit. Nunquam testimoniis fide dignis Jesuitae rem comprobarunt; solus Petrus Scarga depromsit epistolam Cyrilli nomine falso inscriptam, quae ut genuina haberetur, magno clamore postularunt Jesuitae. Omnis vero suspicio ab ipso Cyrillo exemta est, qui, de hac fidei mutatione postea rogatus, *solemnem in modum invocato Dei, qui corde scrutatur et ad cujus tribunal extremo die sistendus esset, nomine protestatus est, totam illam epistolam esse supposititiam, neque unicum illius verbum esse suum, neque quidquid in illa contineri cum mentis suae sensibus aut antea aut illo tempore, quando in Lithuania moram fecerit, aut deinceps convenire* [1]. — Quo deinde Cyrillus sese receperit, non prodiderunt auctores pauci, quos habemus; puto Alexandriam, ad Meletium, quem patris loco colebat [2]. Mox vero quum hic diem suum obiisset; cunctorum suffragiis Cyrillus in ejus locum suffectus est anno 1602., quod munus modo quiete modo inter rixas et contentiones XIX. vel ut ipse computat, XX. annos honorificentissime administravit [3]. Otium, quando per hoc tempus usus est, omne in literis theologicis consumsit, familiaritatem, quam in itineribus cum nonnullis viris doctis reformatae ecclesiae addictis iniverat, epistolarum consuetudine

---

1) Ita *Smith* resp. ad nuper. Simonis cavillat. p. 115. — Mira tunc temporis fuit Batavis et Anglicanis theologis cum catholicis de Cyrilli fide concertatio. Catholici hunc calumniis insectabantur; illi eum ad Scr. sacr. accommodate et ad patres probatissimos recta docuisse confirmabant. Aliquanto post, quippe quum de Calvinista ageretur, controversia Germaniae fines intravit, intra quos *Nihusius* ex Lutherano catholicus factus vehementissime cum Marpurgicis de Cyrillo concertavit. Cfr. *Bartholdi Nihusii* progr. in *Concordia nationum christian. per Asiam etc. indicata ab Abrahamo Ecchellensi et Leone Allatio. Mogunt.* 1655. p. 266.

2) Dicit eum virum doctissimum et exemplarissimum laudatque inter alia ejus studium, quamvis irritum, quo Coptas, spurcam nationem et barbaram, ad veritatem fidei perducere studuit.

3) Hottingerus XIX annos totidemque dies assignat ejus patriarchatui, teste citato nullo.

aluit et sustentavit, alios literarum commercio sibi conciliavit. Restant hae epistolae plurimae a Cyrillo datae in libro aliquoties citato: *Lettres anecdotes* etc., cujus auctor fuisse fertur *Aymon*, ineunte saeculo XVIII. apud Grenoblenses sacra curans. Exstitit hic ex omnibus Cyrilli defensoribus longe acerrimus, sed ut ex multis elucet, omnes moderationis terminos transgressus. Hoc vero meritum sibi paravit, quod scripta haud pauca, quae nondum lucem viderunt, in vulgus edidit. Apparet ex ejus opere (p. 44.), Cyrillum, quum Alexandriae degeret, literas communicasse cum *Georgio Abbot*, Archiepiscopo Cantuariensi (vixit 1562 — 1633). Sed ex una hac epistola, quae exstat apud Aymonem, sequitur, plures jam inter utrumque missas fuisse. Loquitur enim Cyrillus p. 46. de Abbotis *responso*, cujus Jacobique regis votis obsecundatum se nunc nobilem et doctum juvenem, *Metrophanem Critopulum* ad occidentales mittere, anno 1616 [1]). Exstat haec et altera [2]) quaedam epistola in Pauli Colomesii Opp. p. 557., ubi etiam Archiepiscopi responsum [3]).

1) Paullo ante videtur Cyrillus propter itinera ex Aegypto abfuisse, scribit enim, se Aegypto suae *redditum*, pace fruentem hoc habere officium, ut fidem per literas Archiepiscopo adstrictam liberet. Sine dubio in visitandis ecclesiis occupatus fuerat.

2) Haec data est Constantinopoli 1627., in qua et Jacobi, non minus philosophi quam regis obitum deplorans optima quaeque ejus successori Carolo, vivam undequaque imaginem paternam redolenti, optat. Oratorem Anglicum tum ad Portam versantem *Thomam Roe* dicit dulcissimum suum amicum, fautorem et patronum. De *libris* ab Archiepisc. Constantinopolin. missis etiam ex his literis constat. Mox vero ille Abbot munere dejectus in urbem patriam *Guilford*, comitatus Sorry, se recepit, deinde in arcem Croydon, ubi diem suum obiit.

3) Responsum datum est Londino ad priorem Cyrilli epist. 1617. Gratulatur Abbot Aegyptiacae ecclesiae sempiternam quietem, caveri jubet ab emissariis istis novatoribus, Christianam veritatem pariter ac libertatem cuniculis oppugnantibus et pseudomonachorum turba recens e figulina prodeuntium, *intemerandum servatoris* cognomen sibi arrogantium. Collaudat suum regem tum ab assidua concionum sacrarum praesentia, tum a theologica doctrina, quae tanta sit, ut multa de re theol. calamo regio accurate exararit ad fidem orthodoxam statu-

- Duae ad Uytenbogaertem datae epistolae una Constantinopoli altera ex Walachia ex annis 1612. et 13. ad idem tempus spectant, quo Cyrillus Alexandrinum Patriarchatum administravit. De illo viro docto primum per Cornelium Hagam, Hollandiae in Turcarum aula oratorem, quem in literis ad Gustavum Adolphum, Sueciae regem, missis [1]) dicit verum, fidelem Jesu Christi promtum militem pro sua gloria, audiverat anno 1602., quum ut ipse scribit Cyrillus [2]), ex insperato ipse Belgio, ego ab Aegypto in hanc urbem proficiscentes alterutrum incredibili cum laetitia viderimus, salutaverimus, dextramque dederimus [3]). Quid vero Cyrillus anno 1602. Constantinopoli acturus fuerit; haud difficile est ad intelligendum. Scilicet qui Patriarchatus Constantinopolitani sedem tenuit; principatum quemdam de ceteris patriarchis exercuit; ideo sine hujus auctoramento, inquit Smithius [4]), nemo potuit dignitatem Patr. consequi. Quum igitur eodem anno Cyrillus Patriarcha electus fuerit; quid veri similius, quam eum Constant. Patriarchae consensionem impetrare pecuniasque ei solvere voluisse? Sed praeterea confirmatur illud, quod supra conjecimus, quum fugam 1600 ex Polonia capessivisset Cyrillus, eum Alexandriam petiisse. *Profectus* enim est 1602. *ex Aegypto* Constantinopolin. — Habent vero nonnulla illae duae epistolae, quibus lectu dignae sunt. Conque-

---

...ndam et errores praesertim pontificios convellendos. — Cui regi adeo Cyrillus fuit commendatus, ut ab eo non solum per archiepiscopum salutaretur, sed etiam, quem ipse literis commendaticiis prosecutus fuerat, Metrophanes Critopulus honorificentissime excipi jussus et ab ipso Abbote civibus academiae Oxoniensis jam ante ipsius adventum adscriptus esset.

1) *Miegius* Monumenta pietatis et literaria. Francof. 1702. p. 240.

2) Lettres anecdotes p. 126.

3) Antiquior igitur fuit haec amicitia, quam *Mohnike* significare videtur in dissertat.: über Cyrillus Lucaris (Studien und Kritiken herausg. von Ullmann und Umbreit 1832. 3. H. S. 566). Nam ante jam Hagae, qui itineribus orientales terras peragraverat, Cyrilli nomen auditum fuit.

4) De statu eccles. Graecae p. 73.

ritur in prima de philosophiae incremento, quam versatilem gladium esse dicit, viam non custodientem sed impedientem paradisi, quae summa injuria fidei christianae habeatur regula [1]). Celebrat suae ecclesiae fidei inconcussam constantiam, quam vult etiam a Remonstrantium ecclesia teneri; non enim objicerentur ei, inquit, quae passim hujus temporis scriptores objiciunt. — Mox ille Remonstrantium doctor responsum videtur dedisse; exstat enim altera ad eum epistola Cyrilli anno, ut dixi, 1613. conscripta [2]), in qua de statu Graecarum ecclesiarum accurate exponit, conquestus de Pontificiorum crudeli arrogantia, qui flammis et focis insurgunt iis, qui vel christiane admonuerunt, vel modo aliquo errorem eorum palam facere proposuerunt. Fatetur, se propius ad ecclesiae Batavorum placita accedere, quia, inquit, Christiane agitis, pacem christianam diligitis, unionem in veritate domini non evitatis. — De fide autem Christiana disputat pro more antiquiorum temporum; esse eam *vel de divinitate vel de incarnatione verbi*. De primo capite nullam esse dissensionem, nec de personarum distinctione, excepto illo uno, quod sit de Spiritus sancti processione. Romanam enim ecclesiam, innovationum amatricem, illam ad symbolum additionem excogitavisse, neque vero se suamque ecclesiam Papae plus quam ceteris Patriarchis cedere auctoritatis, quantumvis Jesuitis, ex quibus maxime *Sanderum* carpit, occlamantibus. Sacramenta agnoscit duo; in baptismo necessariam esse formam non inflatam sed humilem et simplicem; hujus caeremonias aeque fideliter tenendas esse atque eucharistiae. Ecclesiae regimen non esse monarchicum, sed mixtum ac temperatum, quod utique suis temporibus hominum perversitate saepe confusum esse viderit. Non vero multum interesse, si Graecae ecclesiae addictae nationes exterae suas quaeque caerimonias teneant. Patriarchas esse quattuor, olim Alexandrinum Primatem, qui vero Constantini imperatoris opera

1) Lettres anecdotes p 127. 2) Ibid. p. 130.

onstantinopolitano summam cessisset auctoritatem. Hunc ero esse barbarorum arbitrio maxime obnoxium, quum ejus edes et dignitas a Turcis veneat [1]). Nonnullis de electione, inauguratione, juribus Patriarcharum disputatis, de uattuor Orientalis sectis, Armenica, Coptica, Maronitica t Jacobitica agit. Denique de suae ecclesiae constana fideique perpetuitate iterum gloriatus non infitiatur, crasum ibi esse et incredibilem ignorantiam, quam commoditam nactos Iesuitas Constantinopoli — sic enim scribit — fundaenta jecisse ad erudiendos pueros et proficere quot vules inter gallinas. Pollicetur vero, se omni modo cauturum sse, ne fallax illa Jesuitarum gens, quam si quis alius in dio habet, majora faciat incrementa. Libros ab illustribus rdinibus missos addit se post reditum duplici gustu lecturum esse; Jacobi Arminii theses, suo judicio addito, oratori mox se remissurum. Petit, ut sibi mittatur totus catalogus doctorum, qui graviter scripserint in utramque scripturam, maxime in libros Mosis, in majores Prophetas, in Evangelia Paulique epistolas, quibus vos, inquit, ad plus utimini, exceptis iis, quos Illustrissimi Ordines ad me [2]). Non solum vero Theologorum nomina et libros cognoscere cupivit, sed etiam Philosophorum et vel Mathematicorum opera prima occasione ad se voluit mitti. — Jam vero cur una epistola Constantinopoli altera ex Walachia data sit, hujus rei caus-

---

1) Dicebatur hoc donum, quo munus Patriarchale ab imperatore Turcarum redimeretur, πεσκέσιον, quod primus solvit, qui quintus ab Constantinopoli expugnata Patriarcha electus est, *Symeon Hieromonachus Trapezuntius;* electo vigesimo secundo *Dionysio*, ante Nicomediae Metropolita, adauctum illud donum est ad tria milia aureorum. Qui vero eum excepit XXIII. *Joasaphus*, Metropolita Adrianopoleos, multis machinationibus id effecit, ut uno mille detracto, bis milia numerarentur, quae jam septimus, *Symeon*, iterum sellam patriarchalem obsessurus, solverat. Cfr. Turcograec. p. 124 sq. 129. 169.

2) Rem exponit ex *Pauli Pindari*, Anglici ad Portam legati, literis, quare non est, cur ei fidem denegemus. Miror igitur, a Mohnikio l. l. p. 566. aliter rem enarratam esse.

ad Davidem, in itinere versantem, data, qui ante de Coena Domini ad Patriarcham, tres esse opiniones, Romanorum, Lutheranorum, Orthodoxorum exposuerat, breviter vel dissimulanter vel haesitanter rescripsit, *istam se sequi.* Quae vero *ista* sit, parum liquet. De qua spinosa quaestione initio Cyrillus ipse non sibi constitisse videtur; neque in hac neque in ampliore illa epist. (p. 146.)[1]), ubi de fide Graecorum copiosius disputavit, subactum fecit judicium. Nec Davidi videtur ista ambiguitas satisfecisse. Alia et certiora ab eo edoctum esse, Cyrillus ipse significat in literis, quae sunt apud Aymonium p. 182[2]). — In alia epistola (p. 183.) libros sibi mitti vult *de praedestinatione*, quam quaestionem illis temporibus exagitatam difficillimam esse arbitratus est. Misisse inde Guilielmum ad Cyrillum aliquem *Bellarmini tractatum*, suis adnotationibus adnexis, constat ex Cyrilli epistola (p. 185), in qua de Graecorum jejuniis aliqua adjecit, quorum rationem etiam in literis sequentibus (p. 186.) ad-

---

tria posse reduci, quae si missa fierent et opposita introducerentur; facilis esset reformatio. Explodatur ambitio, avaritia et superstitio. Introducatur humilitas ad exemplum Xti domini, contemptus temporalium et simplicitas evangelii et facile obtinetur cupitum. Et paullo post: Ecclesiam Graecam nil tam pessumdat ut superstitio.

1) *Statim*, scribit, (post verba, quibus ipse Xtus coenam instituit, recitata,) *spirit. sanct.* invocamus, dicimus: *Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου.* Cfr. Conf. orth. I. 9. 107.

2) Hic enim non dubitat illius *prudentiam comprehendere et suam sententiam profiteri, quae figuram admittit in hoc mysterio et modum praedicandi sacramentalem sicut et manducationem spiritualem credimus; ita ut qui fide accedit ad mensam domini, non visibile tantum corporis et sanguinis sacramentum accipit, sed spiritualiter et interne participat vero corpori et sanguini domini. Gaudeo ergo, quod una idemque sentimus in hac veritate. Utinam et in reliquis, si quae sunt, in quibus dissentimus.* Immutata haec est Cyrilli sententia anno 1619., cujus similem in sua Confess. c. XVII. exhibuit, *figura* omissa et *Calviniana* magis opinione adoptata. Cfr. Neudecker Lehrbuch der christl. Dogmengesch. 1838. p. 641.

modum collaudat. In his Bellarmini doctrinam judicat esse falsam et haereticam in multis locis, ejus libros suis sed graecis adnotationibus auctos remittens. Fere in quavis epistola aut libros poposcit aut simul remisit, imo Davides ex itinere libros ad ipsum misit (p. 192). Exstat etiam epistola luctus plena, pestis tempore 1619. d. 13 Maj. ex urbe Cairo [1]) scripta, quadraginta milibus hominum emortuis, qua Davidi, cujus ex Batavia literas exspectat, ante factam profectionem gratulatur, seque dicit semiclausum domi magno cum discrimine ab alto semper dedisse Christianis suis responsa, quae dare propter defunctos et defunctorum ambages opus fuisset, ipse adhuc incolumis. — Elucet, qualis fuerit hic vir: discendi cupidissimus, doctus per ratione temporis et gentis, plurimorum librorum, maxime a viris coetus reformati conscriptorum lectione imbutus, indefesso studio ita ut etiam Germanicorum doctorum scripta celebrata legere cuperet [2]); catholicorum inimicus, eorum principibus Baronio et Bellarmino admodum infensus, Jesuitarum acerrimus adversarius, cautus quidem adhuc novae doctrinae amicus, nec vero adeo aut sibi constans aut Graecorum dogmatum amans, ut aliena non approbasset, fidelis ecclesiarum, quas subditas habuit, custos, ab omni superstitione, qua Graecam ecclesiam perdi censuit, remotissimus [3]), ignorantiae et contemtor et ever-

---

1) Lettres anecdotes p. 196. Scripta haec est epistola ut plurimae ex urbe Cairo, in quo Cyrillus fere habitare enarrat in literis p. 157. exaratis: *Pestem istam* (Coptarum sectam, Dioscuri et Eutychetis, ut scribit, doctrinam sequentem) *sustineo in mea Aegypto, in magni Cairi civitate, quae, quum antea Archiepiscopatus esset Patriarchae, ego quasi toto tempore mei Patriarchatus residentiam meam ibi posui, ob temperiem aeris multasque alias commoditates raro me Alexandriam conferens.* De Coptis eorumque Patriarcha Cairi habitante monuit aliqua *Heineccius* l. l. p. 105.

2) *Lettres anecdotes* p. 174.: Nihil ambio, nihil sitio, nisi ut semper aliquid discam. Et sub finem ejusdem epistol. p. 175.: Hutterum me mittet, si ei placet, reliquos teneat apud se.

3) Narrat exemplum *Hottingerus* l. l. p. 554. Cyrillus, quum cum Dorotheo, Patriarcha Antiocheno, et aliis episcopis Theophanem, Pa-

sor [1]). Plus tentavit, quum ad summam in Graeca ecclesia dignitatem accessisset, emortuo Timotheo Constantinopolin vocatus, ut Patriarchatum administraret. Renunciatus est d. V. Nov. 1621, universae synodi, ut inquit Hottingerus, suffragiis. Sed fuit hic locus quantumvis honorificentissimus, discriminum et invidiae plenus, plurimarum sollicitudinum effector, persecutionum tristissimarum quasi officina ac domicilium, mortis foedissimae caussa. Quarum rerum si inquisiveris rationes; facillime in Turcarum avaritia, ob quam primo cuique, magnam pecuniam soluturo, Patriarchae honorem offerrent, in Antipatriarcharum, a quibus episcopi novi et sacerdotes, tamquam parati ipsorum satellites, illico renunciari solebant, studiis, in mobili Graecorum vulgo eas deprehenderis. Huc accedebat Cyrilli doctrina studiorumque laus, quae rudibus et imperitis in principibus maxime invisa est, quare Graeci sacerdotes se coram Cyrillo asinos videri dictitabant. Hinc non leve illorum odium sibi comparavit; proprium enim humani ingenii est, odisse, quem laeseris. Nec omittenda est Iesuitarum, Roma e collegio Gregoriano emissorum, arrogantia et dolus; tum ipsius Cyrilli morum integritas, quae hostibus nullam impetus ansam praebuit; ira vero diu compressa, quo serius excandescit, eo vehementius furit. Magna etiam simultatum caussa sita fuit in Cyrilli cum doctis Occidentalibus commercio, in familiaritate, quam cum legatis Hollandicis, Anglicis, Suecicis ad Portam missis

---

triarcham Hierosolymitanum designatum, manuum impositione inaugurasset, locosque sacros contemplaretur, saepius, Theophane consentiente, perseveravit, sepulcrum illud, quod Xti fuisse putabatur, non esse antiquum et verum, quippe in saxo caesum, sed novum, ex lapidibus fabricatum.

1) *Lettres anecdotes* p. 161.: Ob veritatem ego et cum propriis meis fratribus ecclesiasticis Graecis controversor; hostis sum ignorantiae, et ut populum simplicem esse, ἀμαθῆ, non moleste fero —; ita mihi displicet, pastores et episcopos nostros tenebris ignorantiae obmergi. Hoc est, quod nostratibus exprobro; at nil proficio. — Irrisit etiam propter incredibilem ignorantiam Armenum, quem Hierosolymis convenerat, l. l. p. 155.

perpetuo habuit, cui omnium illorum hostis, Gallicus legatus *Olierius de Nointel*[1]), sagacissimus et solertissimus homo, incredibile curiae Romanae tuendae ejusque potestatis propagandae studium opposuit. Neque difficilis est conjectura, Cyrilli hostes ob ejus cum exteris amicitiam non desiisse, Turcarum principes contra eum incitare, tamquam rerum novandarum cupidissimum foederumque Portae perniciosorum auctorem. Denique haud praetereunda est aperta, quam Cyrillus non diutius dissimulavit, ad dogmata reformatorum inclinatio. — Illius enim Gallici legati opera factum est, ut Cyrilli, nondum per integrum annum sede occupata, adversarii Amasiae[2]) episc. *Gregorium* in ejus locum substituere vellent. Praetextum praebuit haeresis, cujus Cyrillum insimularunt. Ac res cessisset, nisi Cyrillus, maturo facto opus esse ratus, cunctis sacerdotibus in magna ecclesia convocatis, in Gregorium, conspirationis principem, excommunicationis sententiam tulisset. Sed Jesuitis omnia patent. Vizirium, quem vocant, muneribus corrumpunt, Cyrillum laesae majestatis incusant, quippe qui insulam Aegei maris suis consiliis ad desciscendum permoverit. Qui quidem conatus prosperiorem habuit successorem, quum anno 1622. Osman Sultanus, et primus quidem ex Turcarum imperatoribus, interfectus esset. Relegatur Cyrillus in insulam Rhodum[3]). Occupavit sedem vacantem Gregorius, ante diris devotus; sed obtinuit tantum per septuaginta tres dies, quibus transactis *Anthimus*, Adrianopoleos episcopus, per septuaginta dies summum locum tenuit[4]). Corruit uterque, quum eorum fautor *Daud* Pa-

1) De hoc viro legantur *Lettres anecdotes* p. 89 sqq. 463 sqq.

2) Sita est haec urbs in Cappadocia et spectat ad provinciam Patr. Constantinopolitani. Cfr. *Smith* de statu etc. p. 79. *Heineccius* l. l. p. 37.

3) Narrat ipse hanc rem Cyrillus in epistola *ad senatores, doctores, ministros, professores, gubernatores reipublicae et ecclesiae Genev.* 1636. data; quae legitur in *Lettres anecdotes* p. 3.

4) *Hilarius* ad Cyprii Chronicon p. 450. Exsultavit re gesta *Urbanus VIII.* literisque Constantinopolin ad legatum Gallicum missis

scha, Viziratum functus, strangulatus meritas dedisset poenas. Sic rediit ad suum munus Cyrillus, in quo administrando sustentatus a Rovvaeo, Anglico legato, paullisper pace usus est [1]. Quanta vero clades ecclesiae Graecae nutanti turbis repetitis afflicta sit, vix dici potest. Non enim solum ejus infirmitas Turcis in dies magis apparuit; non solum Jesuitae ac Papae satellites, veterum Romanorum constantiam aemulati, machinationes struere haud desierunt; sed etiam Graeci ipsi incredibili pecunia Patriarchas redimendo magnaque insuper tributa solvendo ad paupertatem fere redacti sunt [2].

Vix enim istae lites compressae atque constrictae videbantur esse, quum anno 1623. ineunte venit Roma monachus, missus ex collegio, quod est de propaganda fide. Promisit imperialium viginti milia, dummodo Cyrillus iterum sive per vim sive per clandestinas artes posset removeri. Neutrum successit aut propter pecuniam deficientem aut propter Cyrilli prudentiam. Accesserunt vero mens. Febr. anni 1624. duo ex Jesuitarum nido delegati, *Berillus* et *Canacchio Rossi*, quorum ille Patriarcham inducere voluit, ut cum Caussacis

---

rem opportune aperuit: Quid autem Constantinopoli egeris, jam pridem plaudens laudibus pietatis tuae Romana ecclesia audivit. Filium illum tenebrarum et inferni athletam scimus quae calamitates perculerint, quantumque haeresi vulnus inflictum sit, dum venerabilem patrem Antimum isti ecclesiae praefici curasti etc.

1) Delituit Anthimus inter monachos, montem, cui nomen *Athos* est, habitantes, quorum sanctitatem celebravit *Heinecdus* l. l. 417., ignorantiam et insulsos mores perstrinxit *Aymon* l. l. p. 467. Cfr. *Muralt* Lexidion der morgenl. Kirche. 1838. s. v. *Athos*.

2) Scribit hac de re *Chrysosculus*, magnae eccles. Logotheta, ad David. de Wilhelm (Lettres p. 209): Sed haec contentio constitit sexaginta mille dalleriis, quos usuris maximis ad extremam ferme totius ecclesiae ruinam Graeci mutuo sumsere. Nec unquam eluent hanc invidiam Jesuitae et fautor ipsorum Gallus, quod Turcas docuerint hisce altercationibus posse ingentes summas extorqueri a christianis, qui prius pauperes monachi audiebant: quod quidem nunquam dediscetur et aliquando sedem ipsam Patriarchalem pessumdabit. En zelum religionis et patrum caritatem!

consilia iniret, quo facto criminis capitalis accusandus et condemnandus fuisset, hic mandatum [1]) secum tulit, ex quo agendum erat, ut Patriarcham Romanum faceret. Fuit illud *instrumentum*, quod dicunt, *pacificatorium*, quo subscripto pacem inter Orientales et Romanos Papa tentaturus fuit. Conquestus in illo est de Cyrilli ad haereses Lutheranorum et Calvinianorum promto animo, de juvenibus in Angliam et in Germaniam missis, de Catechismis novis, erroribus aperte refertis. Quos si damnare, conciliumque Florentinum amplecti velit; curiam Romanam magnam pecuniae vim collecturum, ut unio confirmetur. Cyrillus, pericula veritus et incorruptam fidem servaturus, responsum dilatavit, remque cum Anglico legato communicavit. Qui quum vehementer dissuaderet; Papae negotium silentio contemsit.

Sed urgentibus Romanis secedere maluit Patriarcha, quam assensum praebere vel vi eorum contumaciam et malitiam tentare. Ipsius amici rem ad magistratus Turcicos detulerunt, qui, acceptis decies mille imperialibus, seditionem in praesentia compescuerunt. Ecclesia vero Romana nescit ab incepto desistere. Missus est Antipatriarcha cum quaestore, ut omni pompa ac splendore Graeculorum oculos ac mentes praestringeret. Naxi appulsum, exeunte anno 1626., legatus Gallicus honorifice per sacellanum suum salutat votisque optimis excipit. Ac primo quidem cuncta procedebant. Creavit enim novus iste sacerdos episcopos haud paucos, inque insula Chio tam pronus Graecorum in eum favor, ut pro fausto omine omnium animos conciliatos habere videretur. Sed adeo minime sibi temperare potuit, ut intolerabilem fastum prae se ferret, quo Graeci indignati apud Vizirium praeter morem tam graviter rem egerunt, ut suffraganeus iste, cum suis sociis fuga salutem peteret ejusque episcopi in carcere, quid fides esset, meditari possent.

Annus vero 1627. nova tulit pericula. Advenit Constan-

1) Legitur in *Lettres anecdotes* p. 211 sqq.

tinopolin *Nicodemus Metaxa*, Cephaloniensis, qui studiorum gratia Londini degerat, vir probus, et qui bene sciret, qua barbarie patria laboraret. Cui quum vellet prospicere, apportavit secum non solum libros jam excusos, sed etiam totam typographiam, quam suis sumtibus, bis mille et amplius imperialium pretio, emerat. Nova res fuit, — Judaeis solis hucusque concessa [1]). Anglicus legatus, re cum Belgico oratore, cum Cyrillo, cum Gelasio [2]), Cyrilli Alex. successore, deliberata ac publica venia a Vizierio impetrata, libros ac typos apud se recepit et Metaxae suscepit patrocinium. Hic vero ob commoditatem conduxit sibi aedes non longe a Gallico legato remotas, qui adjunctis Jesuitis, rumorum avidis, hanc famam spargere coepit: libros contra Romanam ecclesiam imprimi, catechismique editione Jesuitarum in juventute educanda studiis offici. Quum vero, quod primo voluerunt, suis artibus non possent Metaxam ad suas partes allicere; majora conati sunt, Lutheranum et haereticum eum appellantes, cujus rei testimonium sistere ipsos typos regis Angliae scuto percussos. Quo discrimine et ipsius Metaxae precibus permotus legatus Anglicus illi cubiculum in suo domicilio concessit, veritus, ne ille in via noctu perfoderetur. Exarsit vero hostium ira, quum Cyrilli tractatum, fidei et sententiarum Graecarum ecclesiarum expositionem, sub prelo esse sentirent. Protulerunt igitur Cyrilli librum contra Judaeos in Anglia excusum, in quo, quum Turcarum opiniones modeste vituperatas viderent, caussam contra Cyrillum stabiliri confisi sunt. Proinde haec capitalia incusarunt: Metaxam libros a Patriarcho compositos, quibus Graeci ad defectionem vocarentur, excudere; hos transmitti ad Caussacos, quos rebellare optarent; rem esse eo perniciosiorem, quum Muradus IV. imperator in Asiam expeditionem suscepisset.

---

1) *Helladius* de praesent. stat. eccles. graec. c. 2.

2) *Smithius* Miscell. p. 92. appellat eum *Gerasimum*. Quod quidem nomen non inauditum fortasse rectius est. Smithius enim quae narrat ex ephemeridibus ipsius legati Anglici hausit.

Sexto igitur Januarii die 1628. centum quinquaginta. Janissarii Metaxae domicilium circumcinxerunt; vix ipse Metaxa, quum rem rediens domum audivisset, in Anglici legati aedes se recepit incolumis; milites irati, quod evasisset, totam typographiam pessumdederunt. Postridie vero de triumpho detractum est. Summus enim Turcarum sacerdos [1]), Jesuitis multo liberalior, de libris quaestione habita, hanc tulit sententiam: dogmata contra Muhammedis instituta non esse continuo blasphemiis aut criminibus adnumeranda, et quoniam permisisset imperator, ut Christiani libere doctrinam suam profiterentur et sectarentur; ipsos non magis reos esse typis mandando, quid crederent, quam pro concione praedicando; neque ob diversitatem opinionum, sed propter delicta legibus poenisque obnoxios esse. Ipsius vero Anglici legati intercessione et querelis effectum est, ut Patriarcha in Vizierii et Mufti gratiam rediret. Rossi, in Cyrillum invecto, quod Metaxae esset patronus librorumque haereticorum auctor, acta consistorii, Roma delata, in quibus praeter dogmata illud primo loco Cyrillo crimini datum est, quod inquieto et seditioso esset animo, quasi auxilio missa sunt. Arctius jam utraeque partes coire, confirmare vires, tentare, quid possint. Subito plures ex Romana factione correpti, eorum libri, jubente Vizierio, apportati et censura in eos facta, Gallicus legatus frustra ab imperatore alloquium petiit. Post multas deliberationes placuit Turcarum magistratibus, Jesuitas exsilio esse afficiendos, libris redditis. Et jam navibus in insulam Chium deportati sunt, ut quam primum in provincias occidentales trajicerentur. Ac brevi post sine ullius hominis luctu in Italiam remissi sunt. Testatur Chrysosculus [2]), catholicos cunctos, prae omnibus religiosos et Franciscanos Hierosolymitanos, quippe quibus sepulcrum Christi ab illis ereptum fuisset, hac peste levatos et factiosi Ordinis formidine liberatos, mirifice exsultavisse. Legatus Gallicus,

1) *Lettres anecdotes* p. 223. 2) *Lettres* p. 231.

quem Jesuitae, ne ipsi totam caussam perdidisse viderentur, Romae temeritatis incusabant, duos Jesuitas, quos domi suae latere passus fuerat, ut sacellanos crearet, multis demum precibus a Turcicis magistratibus impetravit; id quod, quamquam vix opera dignum, Romae pro Jesuitarum restitutione habitum et praedicatum est.

§. 4.

Prospere seditione composita Cyrilli animus crevit. Putasse videtur, tutius se nunc consilia posse peragere et fidem saepe inculpatam palam profiteri [1]). Confessionem jam in lucem edidit anno 1629., legato Hollandico, Cornelio de Haga, dedicatam; mox Patriarchae nomine subscripta et confirmata *latine* prodiit Genevae 1629. Ubi primum inter Romanos innotuit; pallescere omnes, obstupescere propter dogmatum novitatem dicendique libertatem. Quid? quod ne veram quidem clamabant confessionem esse Cyrilli, latine scribere nescientis, Hagam libelli et fraudis esse auctorem. Alii appararunt confutationem, veluti *Caryophilus Syrigus*, Cretensis et Archiepiscopus Iconii, quae latine Romae prodiit anno 1631., Graece 1632., hoc titulo: *Censura confessionis fidei seu potius perfidiae Calvinianae, quae nomine Patriarchae Constant. circumfertur;* quae quidem jejuna confutatio auctori magnas laudes peperit [2]). Graece edita est Cyrilli confessio Genevae 1633., ex quo tempore omnes de auctore dubitationes sublatae sunt. Secutae sunt aliae editiones, inter quas memoratu dignissima est, quam curavisse fertur *Hugo Grotius*, nomine et loco suppresso, anno

---

1) Hoc ipse significare videtur s. fin. confess. p. 44., non vero sine ullo timore, quum *huic impetui*, quo ob confess. publice exhibitam lacessitum se iri exspectat, imparem se haberet.

2) Inserta haec est *Encyclopaed.* ab *Alstedio* accuratae Tom. V. Cfr. *Wengersc.* II. E. Slavon. l. IV. c. 1. p. 460. *Andr. Bos.* de stat. Europ. dissert. III. §. 37. c. 332.

1645.[1]). Hujus editionis textum ego reddidi. Variantes, uas dicunt, contuli ex libris Franco-Gallicis, quorum unus scriptus est: *Lettres anecdotes de Cyrille Lucar et sa onfession de foi avec des remarques Concile de Jerusalem nu contre lui avec un examen de sa doctrine*, *attestaons et pieces diverses touchant la creance des Grecs* etc. msterdam, chez l'Honore et Chatelain 1718. Furtim, opior, hic liber typis exscriptus est; qui enim Hagae prodiit nno 1708.[2]) idem est, eosdem typos, eosdem etiam erroes habet. Alias lectiones depromsi ex *Hottingeri* libro: *nalecta historico-theologica*, typis Bodmeri 1652. Contiet hic liber octo diversi generis dissertationes; octavae apendix adjectus est *de Cyrilli Patriarchae et Martyris conessione scripturae et patrum testimoniis vestita*, *vita*, *scritis et martyrio* p. 398. Latina versio eadem, quae in edit. nni 1645. exstat, legitur etiam in appendice *Corporis et Syntagmatis confess. fidei* 1654. Tom. II. p. 565. Quae uidem confessio absque dubitatione Calviniana redolet dogmata, quae sensim Cyrillus in suam ecclesiam voluit inducere. Testes sunt artic. III., qui est de *praedestinatione absoluta* et XVII., qui agit de *spirituali et fideli in Coena sacra fruitione*. Ad Protestantium dogmata accommodata sunt, quae c. 1. de *spiritus sancti processione* dixit, c. 9. et 13. de *fide salvifica*, c. 14. de *servo arbitrio*, c. 15. de *duobus sacramentis*. Tota altera pars, quae quaestiones de

---

1) *Cyrilli Lucaris Confess. christ. fidei*, *cui adjuncta est genuina ejusdem confess. censura synodalis*, *una a Cyrillo Berrhoeensi*, *altera a Parthenio*, *Patriarchis itidem Constantinop*, *promulgata. Omnia Graece et Latine.* Hujus lectiones numeris anni, quo in lucem emissa est, insignivi; Gallicorum vero librorum syllaba *Amst.*, Hottingeri literis *Hott.*

2) *Monumens authentiques de la religion des Grecs et de la faussete de plusieurs confessions de foi des chretiens Orientaux*, *produites contre les Theologiens réformez*, *par les prelats de France et les docteurs de Port-Roial etc. par le Sieur J. Aymon*, *Ministre du Sanct Evangile.*

scr. sacr. ejusque usu continet, consilium ecclesiae inst
randae prodit. Res sane mira eoque memorabilior, qu
summus Graecae ecclesiae antistes haec auderet, quibus g
vem sibi dolorem inustum iri, facile ex iis, quae jam exp
tus fuit, potuit praevidere. Non enim auctor privatam ge
personam, neque *suam* fidem se expositurum esse declar
sed (p. 24) *Orientalium professionem* inscripsit libell
quem precibus quaerentium, qualis sit illorum cultus
doctrina, conscripserit nomine *omnium Christianorum* s
dolo et bona fide. Simulavit igitur, haec dogmata omni
Orientalium esse, quae etsi levi ac miti animo propos
nec de ritibus quidquam detraxit aut in iis mutari vol
monstrant, eum nec temporum gnarum fuisse nec a rel
novandis alienum. Potentissimos quosque etiam rei evan
licae auctores et adjutores prudenter sibi studuit concili
Constat, eum ad fortissimum tum temporis evangelii def
sorem Gustavum Adolphum epistolas dedisse. Legitur
apud Miegium l. l. p. 238., quae non prima fuit. Ac nes
an hic rex Lucarii precibus permotus fuerit, ut primum
Suecia oratorem Constantinopolin mitteret, *Paulum Str*
burk, id quod Cyrillus dicit ita gloriosum, ita ecclesiae
Constantin. utile, ut hoc totum referri debeat felicissin
fortunae sacrae Reg. Maj., quam undique gloria et imm
talitas comitetur [1]). Altera apud Miegium epistola ar

1) Conqueritur etiam illa epist. (XI. Jul. 1632.), quae vereor unquam ad regem in Germania bellum gerentem et paucis mensi post emortuum perlata sit, se *reputari apud adversarios, tamqu oves caedis,* quia eis obtemperare nollit. Se enim nolle accipere gmata haec: Script. sacr. non est perfecta nec sufficiens; ecclesia put non habet Xtum; fides caerimoniis congesta fabula; justitia C stiana non opus salvatoris; sacramentorum veritas annullata; evan lium commentum humani cerebri; idololatria sequenda; tandem ne salvari potest, nisi credat in eum, qui se facit Christum, quum i sit Christus. — Quae dogmata, ut tota controversia, cui succubuit rillus, a catholicis facta fuisse ac proposita, ut ejus animus ad l mana placita et instituta amplectenda induceretur, nemo est, quin vid

1635. ad *Axelium Oxenstirn* data luget regis gloriosissimae memoriae mortem. Enarrat ibi post aliqua in Cancellarii laudes dicta litem inter Graecos' et *dominos Papistas* exortam et in aula Ottomannica agitatam de praesepi, in quo natus sit dominus, a quo visitando Catholici Graecos prorsus excludere velint. In qua quidem caussa judices Turcarum, jam accepta a catholicis (ad calcem notatus nominatim est legatus Gallicus Comes de *Marcheville*) pecunia, primum ad Papistarum partes inclinarunt; post vero remissa *excessiva quantitate pecuniae* meliora Graecis, rem suam strenue dicentibus, sunt polliciti, unde sperat Cyrillus, *pro suis futuram sententiam.* Ut igitur Graecos inter et Romanos contentio nunquam interrupta est; sic Cyrillus maxime ut avitae religionis desertor a Romanis potissimum, interdum simul a suis, incusatus semper est. Quae quidem conata initio non procedere videbantur ob Cyrilli integritatem et apud Vizierium, qua tunc pollebat, auctoritatem. Jam vero ex numero eorum, quos Lucaris beneficiis auxerat, exstitit immoderati animi vir acerrimus adversarius, ex quo frustra apud Thessalonicenses episcopus fieri voluit, dico *Cyrillum Contarenum*, quem Leo Allatius l. l. p. 1075. amplis verbis non satis potuit collaudare, quamquam quae addidit de ejus implacabilitate intemperantique studio perfacile docent, quam immoderate ille laudes suae factionis homini adsperserit. Hic igitur Cyrillus Contarenus, Berrhoeae [1]) Metropolita, quum pecuniis, quibus sedem Patriarchae emere se posse confideret, prorsus careret, petiit a Lucari, ut ipsi, Moscoviam profecturo, literas commendatitias daret, quarum ope dona ad suam ecclesiam pauperem exaedificandam accepturum se esse simulavit. Et sic dives factus 1633. Constantinopolin rediit, hoc consilio, ut, corruptis Turcarum magistratibus, Lucarium de loco moveret. Quod quidem

1) Pertinet ad Const. Patriarchae jurisdictionem; *Smith de statu* etc. p. 82.

Duo praeterea monere liceat, ex quibus alacre ejus et indefessum studium amorque literarum sacrarum elucet. Donavit Regi Angliae Jacobo I. illum V. et N. Testam. codicem, qui, ut fama fert, a Thecla quadam Aegypta Nicaeni concilii tempore scriptus est. Est, quamquam in N. T. mutilus, maximopere aestimabilis; Critici viri Cod. A. i. e. Alexandrinum notare eum solent. Nunc in museo Britannico Londini reservatur [1]). Non solum textus castitate et antiquitate dignus est qui memoretur; sed etiam quia Clementis Romani, qui auctor fuisse perhibetur, duas ad Corinthios epistolas continet, quae alias non leguntur [2]). Deinde Cyrillus in primam N. Test. editionem, cui in recentiorem linguam Graecam versio fuit adjuncta, incubuit; certe adjuvit *Maximum Calliopolitam*, qui illam accuravit. Testatur in praefatione ab ipso scripta, instigante Cornelio de Haga factam esse talem editionem. In lucem prodiit 1638. vel Genevae, ut olim credebatur, vel Lugduni apud Elsevirios, alterum Londini 1703. editore *Seraphimo Milylenaeo*.

Praeter auctores, quos appellavi, adeundi sunt iis, qui de Cyrilli rebus inquirere velint, *Tentzelius* Monatliche Unterredungen 1695. p. 460.; 1697. p. 482. 490.; *Joannes Franciscus Buddeus* Allgemeines historisches Lexicon Tom. I. p. 1223. et *Encylopaedia* ab Erschio et Grubero suscepta Tom. XXII.

§. 5.

Ex quo tempore catholici effecerant, ut Graecorum per Poloniam et Russiam degentium plurimi ad unionem, quam

---

1) Cfr. *Griesbachius* ad N. T. edit. Prolegomena p. CI. Editus est, quantum N. T. complectitur, a *Woiwodio* Londini 1776, quam edit. recudendam curavit *Spohn* Lips. 1788.

2) Primum editae sunt a *Patritio Junio*, Caroli primi bibliothecario, Oxon. 1633. Cfr. *Neander* H. E. I. 735. *Thom. Ittig* dissert. de patribus apostolicis in Biblioth. Patr. Apostolicorum, Lips. 1699. Tom. I. p. 232. sqq.

dducti essent; permultis regionibus haec discordia-
ima suos fructus tulerunt. Erant in oppidis haud
lericorum duo genera; tristis ecclesiarum conditio,
una pars unioni addicta fuit, altera non magis ab
a catholicis conjunctione sive ficta sive seria abhor-
una urbe videres duos episcopos, duos ritus, du-
iligionem, ut de minoribus sectis taceam, quae tota
st passim in Russia sedem fixerant. Poterat exspe-
em rerum statum non diu posse sustentari, remque
antiquitati non consentaneam, fore inferiorem. Con-
t etiam in dies magis catholicorum vires, eorum sa-
auciores facti, et qui fortissimi et sagacissimi habe-
t erant catholicae fidei auctores et statores, suspe-
xstiterunt eorumque conatus, ubicunque conspicieban-
ns accepti quam despecti sunt. Nec vero habebant,
juae fidei rationi faverent, firmum fundamentum, quo
ion signum, ad quod convolare possent, non arma
pparata ad novos adversarios defendendos apta. Imo
roximis temporibus acceperant Graeci confessionem,
viniaris dogmatis plenam horrebant, nec suis consue-
s, suis fidei legibus, suis antiquitate sancitis decretis
re sentiebant. Duo igitur impugnanda erant, ut pri-
esiae species penitus restaurata esset, tum ad catho-
clinatio tum Calvinianae fidei contagio. Novus liber
endus, ad populi captum accommodatus, nec doctae
de quibus lis fuit, inquisitioni dissentaneus. Non
media ipsa Graeca ecclesia, non ex veterum istorum
harum, qui ceteris facem praeferre olim consueverunt,
illud concordiae instrumentum profectum est; sed ex
, quae, viribus additis, nuperrime ab egena Graecia
hatum acceperat [1]). Obtinuit sedem Metropolitae Kio-

---

[1]) factum est anno 1588. suadente Borisio Godunovo principe;
remias, Patr. Const., Russorum imperatori hanc dignitatem ven-
rimus ab imperatore constitutus patriarcha fuit *Jobus*. Redux
m factus Jerem. anno 1593. synodum convocavit, in qua iterum

ad linguarum diversitatem; ita ut jam ante *Slavonica* dialecto exstiterit libellus, Russica vero Adriani tempore editio prima fuerit. Denique si quis est, qui illa ratione utriusque episcopi verba non concordare putet; Nectarium in aliena re quam Adrianum [1]) in sua errasse malim. Ut igitur Constantinopolitanus Patr. sua auctoritate librum confirmaret; petierunt qui jam illam expositionem domi comprobarant, ut in eamdem Moldaviam, ab utraque urbe pari fere spatio remotam, legati mitterentur, penes quos esset, de re deliberare. Missi sunt Constantinopoli *Porphyrius*, Nicaeae Metropolita [2]) et *Meletius Syrigus*, magnae ecclesiae doctor, patriarchae vicarius et plenissima synodi universae facultate instructus. Moscovia vero delegati sunt tres viri *Jesaias Trophimus*, *Josephus Cononovicius* et *Ignatius Xenovicius*, quos Nectarius a scientia et prudentia mirifice collaudat, quique cuncti jam synodo Constantin. contra Cyrillum habitae assentiendo suam mentem aperuerant. Quorum virorum conventus, Jasiensis synodi quasi continuatio ac finis, libro in censuram vocato ultimam limam admovit, ita ut opus Kioviae inchoatum et in Moldavia emendatum dignum videretur, quod quattuor Patriarchis sanciendum et confirmandum traderetur. Russici Patr. judicio non opus fuit, quum ipsa confessio a Russis profecta ac proposita esset. Illi igitur

---

Kiewomogilaenoza, Borowskiana), quam fundaverat, ejus memoriam noluit obliterari. Sanxit enim hanc legem, ut quotannis die, quo vita excessit, et doctores et discipuli, sacris peractis, orationi super ejus tumulo habendae interessent.

1) De hoc Adriano ejusque libris, quorum nullus lucem adspexit, vide *Strahlii* librum: Das gelehrte Russland, Leipz. 1828. p. 271. Miror sane, hanc Adriani operam silentio ibi fuisse praeteritam, neque ullo loco Jasinskianae vers. mentionem injici.

2) Idem esse videtur, qui nomen subscripsit synodo Const. primae in Cyrillum habitae: ὁ Πολιανῆς Πορφύριος. *Poliane* vero urbs ad archiepiscopatum Thessalonicensem pertinet. Alteri illi synodo Jasiensi adstipulatus est ὁ πρώην Νικαίας Πορφύριος, in quo quid sibi velit πρώην non satis possum computare. Nectarius enim eum p. l. p. 7. pluribus annis post dixit Μητροπολίτην Νικαίας.

Patriarchae non dubitarunt suis nominibus subscriptis commendare librum eique totam Orientalem ecclesiam obstringere 1643. Quantum vero legati illi in breviario, suo judicio subjecto, mutarint; id ignoramus; hoc vero verisimile, adumbrationem jam formam catechismi habuisse ac tribus partibus omnia absolvisse, scilicet ad tres virtutes, ex Augustini aetate frequentatas, fidem, spem, caritatem. Quaeramus potius de perfecti libri, qui vel catechismi vel ὁμολογίας nomen accepit, natura. Prima parte de *fidei* definitione agitur, primusque Nicaenae formulae articulus quid sibi velit declaratur. Disseritur de deo, tribus personis, de divinis attributis, de angelis tum bonis tum malis, de protoplastorum statu innocenti ac per peccatum in deterius immutato, de providentia, de septem spiritus s. donis, de novem ecclesiae praeceptis, de mysteriorum natura et numero. Altera parte quid sit *precatio* s. *oratio* exponitur, et, ut decebat, regales illae preces, quas Christus instituit et docuit, latius explicantur; etiam de epilogi antiquitate et usu disputatur, denique novem evangelicae beatitudines pertractantur. Tertia parte exponitur, quae sint *opera bona* ex Matth. V. 3. — 12., ex quibus tamquam maxime praecipua *jejunium* et *eleemosyna* disputantur. Hinc facilis fuit ad *peccata* transitus, quorum partitio in *letalia* et *non letalia* etiam hic obtinuit. Ex primo genere imprimis inquiritur in peccata in Spiritum s. commissa et quae ab ipso deo ultionem exposcunt. Alterum genus ex decem Mosis praeceptis colligitur, ita ut in primi expositione *sanctorum invocationis* fit mentio, et in alterius, quod ut apud reformatos [1]) de imaginibus agit, ex-

1) Cfr. *Geffken* über die verschiedene Eintheilung des Decalogus und den Einfluss desselben auf den Cultus. Hamburg. 1838. Ut enim de librorum canonicorum et apocryphorum Augustinum inter et Hieronymum dissensio fuit, quae post multa saecula revixit; sic etiam de decalogi ordine, quamquam in hac certe re non ad litis acritatem perventum est. Lutherus, Augustinum secutus, secundum textum Hebr. ac Vulgatam imaginum interdictionem cum primo praecepto copulavit;

plicatione de *cultu imaginum* edoceamur. Liber hac forma instructus, ad vulgarem et popularem sensum accommodatus, doctiores tamen inquisitiones non omisit lectoresque ad obscuriores et abstrusiores quaestiones deduxit, veluti de trinitate, de Sp. sancti processione, de purgatorio et aliis. Lubet fere, eum contendere cum Catechismo Romano, cujus sane auctores magis et curatius pastorum officia exponere eorumque fidei succurrere voluerunt. Habet uterque etiam id commune, quod magno cum studio eorum, quae tractantur, fundamenta e script. sacr. petita adversariis studet opponere, deinde vero veterum patrum auctoritatem magni aestimans illa fere exaequat. Nec volumus diffiteri, catechismi Orientalis auctores ad optimos eosque probatissimos provocasse patres, iis nimirum exceptis, in quos antiquitus aliqua haereseos infamia adspersa fuit, veluti in Origenem ejusque pares, aut quos per mediam aetatem injusta pressit oblivio, veluti Justinum M., Hippolytum, Eusebios. Collaudant Dionysium Areopagitam, Gregorios, Cyrillos, Basilium, Athanasium et concilia ea, quae Graeci acceperunt.

§. 6.

Illo tempore, quo et Lutheranae et catholicae ecclesiae adhuc spes fuit, fore, ut ad alterutrum coetum Orientales possent duci; exstiterunt, qui hanc confessionem aut nostrae aut Romanae fidei favere audacter affirmarent vel temere arbitrarentur. Multa hoc libello contineri, quae nostris dogmatis aut congruant aut possint cum iis conferri, adnotavit aliquoties *Feuerlinius*, theol. quondam Gottingensis, in dissert. *de religione Ruthenorum hodierna* 1745. Neque id falso videtur dictum esse. Sic enim mihi est persuasum,

---

at vero Hieronymus, antiquiorem et, Philone et Josepho testibus, inter Judaeos usitatiorem rationem sectatus erat, quae in ecclesia Graeca continuo permansit. Cfr. *Daserus* tract. in quo Augustiniana decalogi divisio stabilitur et vindicatur p. 7. sqq.

Orientalem ecclesiam in plerisque dogmatis antiquam et liberalem prae se ferre speciem, quam tantum absum ut ei crimini vertam, ut contra in ea summam ejus laudem positam esse existimem. Nostri igitur majores, quum vellent ecclesiam ad priscam formam revocare, debebant sane in aliis cum Graecis prorsus consentire, in aliis ad eorum similitudinem accedere, in quibus ipsi sinceriorem et antiquiorem rationem conservarant. At contra alii asperius judicarunt, multa inesse, quae Romanorum dogmata redolerent, et quanto magis ipsi a quovis Romani moris, ritus et religionis vestigio abhorruerunt; tanto majore cum fastidio hanc confessionem persecuti sunt. Non sine ira judicium tulit Thom. Smithius, qui in Miscellan. p. 9. Meletium Syrigum, quem in elimanda et perficienda confessione multum elaborasse constat, *Graeculum tenebrionem* dicit, *partium studiis addictissimum* et in collegio Graecorum Romae educatum. Mirifice factum est, ut, quicunque de confessione tamquam ad Romanorum opiniones plus justo inclinante male sentirent, omnem in hunc Meletium, quem et Feuerlinius l. l. p. 14. manifestum *Λατινόφρονα* dixit, culpam transferrent, id quod praeter Smithium multi fecerunt. — Non vero mihi ita indulsisse videtur Romanae doctrinae, quam quod pernovit, nemo prudens audebit reprehendere, ut prisca suae ecclesiae dogmata per vim abrogaret vel obscuraret. Neque eum ab omni parte catholicis probatum fuisse, testatur et illud, quod, quum in libro contra Cyrillum Lucarium conscripto septem tantummodo synodos legitimas et obstringentes voluisset esse, ipsi Romani prohibuerunt, quominus liber Venetiis typis exscriberetur. Et ipsius catechismi levis lectio docet, Romana dogmata, de quibus contentiones inter utramque ecclesiam saepissime fuerunt, magno cum studio esse impugnata, veluti de Sp. s. processione, quem locum tam firmiter circumvallatum esse contra Romanorum incursiones videmus, ut Scr. sacr. loci, patrum scripta, acta synodalia, eccles. historiae libri, codicum manuscr. fides, duae istae

argenteae tabulae, Romae in Basilica S. Petri appensa in auxilium vocentur. Ipsa vero rei natura docet, in ali auctores catechismi, quippe Calvinianae doctrinae, quam pr pter Lucarium vellent ex sua ecclesia tollere, adversaric quasi imprudentes ac fere invito animo ad eam rationem d ferri debuisse, quae reformatae esset e contrario esset o posita. Elucet hoc clarissime tum ex vocabulo μετουσιώσεα quod non, opinor, usurpassent, nisi Cyrillus spiritualem coena sacra usum protulisset; nec locum spurium 1 Joan V. 7. (Confess. I. q. 9.) Graecis usque ad saecul. XIII. p nitus ignotum adhibuissent, nisi is inter discordias demu de unione habitas innotuisset ac sine judicio et fortuito a eptatus fuisset [1]. Sed in alia re primaria, in loco de e clesiae moderatione, de singularum ecclesiarum auctorita prorsus aequabili, Papae potestati, in qua sola aut respue da aut admittenda rei cardo vertitur, omnino nihil largiu tur. Denique si voluntas Romana dogmata admiscendi a ctoribus vere fuisset; vix puto sibi tantopere temperaviss nec latuisset ecclesiae Graecae tunc temporis et post pri cipes. Nullus vero exstitit, qui confessionem renueret, qu potius non solum synodus Hierosolymitana a. 1672. orient lem ecclesiam agnoscere librum et complecti ut veram su rum dogmatum expositionem contestata est; sed etiam *Di nysius*, Patr. Const., eodem anno hanc confessionem iteru confirmavit.

Etiamsi Heineccio (l. l. p. 236.) credimus, contenden in inferioribus Graeciae regionibus semper fuisse, quoru quisque suam ex Epiphanio aliisque patribus sibi composu rit confessionem; excusatos tamen illos habeam, quod se sim symboli severitati adsuefierent. Et quo magis vetere eamque nobilem liberalitatem retinuit ecclesia Graeca; minus de scripta litera voluit dependere. At certe in Ru

1) Cfr. *Griesbachius ad locum 1 Joann. V. 7.* dissert., qua edit. N. T. Tom. II. s. fin. adjecit p. 11 et 12.

sia, quippe in libri patria, mox haec confessio ad summam laudem atque gratiam effloruit. Post alias, ut videtur, edit. jussu imperatorum Joannis et Petri Alexiovicii Adrianus, quem supra dixi, eam typis exaratam evulgavit 1696. idiomate Slavonico; quam editionem mox secutae sunt Moscoviensis 1702., Kioviensis 1712., Tschernigoviana 1715., Petropolitanae duae, 1717. et altera, ut in ipso titulo significatur [1]), Russica 1722. Haec ipsa est, quae Petro M. jubente et sacra generali synodo confirmante accurata est. Comprobavit iterum summus ille imperator eam in *Ordinatione ecclesiastica (Geistliches Reglement)* p. 20., quam conscribendam curavit a. 1723. Quamquam enim de prolixitate catechismi paullulum conquestus est, eaque de caussa *minorem catechismum*, de quo alias agetur, edendum curavit; tamen quum illum divulgari jusserit, Adrianusque Patr. in praefatione, quae adjecta est, enixe commendarit; id magno testimonio est, hunc librum pro summo symbolo, a quo recedere nefas semper putabatur, habendum esse. Merito igitur ejus auctoritas ita semper viguit, ut, quicunque de orientalium ecclesiarum fide ac natura exponere vellent, ad illam confessionem ceu ad limpidissimum et quasi perennem fontem lectores revocarent. Id quod non solum apud nostros homines usu venit, qui dogmatum historiam perscrutati sunt; sed etiam apud Graecos Russosque, qui, quamquam aliquoties nova doceri, inaudita proponi videbant, tamen, ubi ad discernendas controversias ventum est, ex hac confessione cuncta vellent dirimi ejusque ope ad pacem et concordiam invitare. *Feuerlinius* quidem (l. l. p. 16.) arbitratur, in illis rebus, in quibus Petri M. placita, tum in

1) In titulo, qualem apud *Frischium* legimus, haec sunt: Zu Ehren der heilig. Dreieinigkeit ist dieses Buch die rechtgläubige Bekenntniss der Kirche im Morgenl. auf Befehl Petrus des Grossen etc. unter hoher Verordnung des heiligen Synodi im Druck herausgegeben worden in St. Petersburg zum andernmahl a. 7730. (1722, Indict. V.)

ordinatione illa tum in catechismo minore proposita, ab hac orthodoxa confessione recedant, nullam hujus apud Russos esse auctoritatem; videntur tamen haec discrimina partim pauca esse et exilia; partim ipse ille scriptor confessus est, in plurimis partibus religionem Graecorum et Russorum recte illo libro symbolico contineri. Unicum symbolum nuncupavit hunc librum etiam Frischius in praefat., quam praemisit interprett. Germanicae, testatus, se de summa libri auctoritate ab ipsis Russis certiorem factum esse. Item legimus apud Hofmannum (hist. Cat. §. 9.), se ex multis Russis, quibuscum familiaritatem habuerit, quaesivisse de catechismi sanctitate, sibique semper responsum esse, optime et certissime ex eo religionem Orientalium posse cognosci. Quapropter etiam qui non de ipsis dogmatis sed de statu vel de cultu illius ecclesiae scripserunt, ex hac confessione veluti ex totius ecclesiae fundamento cuncta repetere satis habuerunt. Sic rem suam exsecutus est *Th. Smithius* aliique, et qui recentissime ex ipsa Russorum gente de sacris, quae obire officium est, exposuit *Murawieff*, superior procuraturae adjutor ad sanctam synodum, cujus libellus eleganter et sagacissime conscriptus a *Muraltio* in vernaculam versus est: *Briefe über den Gottesdienst der morgenländischen Kirche*, *Leipz.* 1838., cui addendus est libellus ab ipso Muraltio conscriptus: *Erklärender Anhang zu den Briefen* etc. s. *Lexidion der morgenländ. Kirche nach den besten schriftlichen u. mündlichen Quellen*, *Leipzig* 1838. Nec potest prisca illa et ab omni parte commendabilis confessio ad veterem suam gloriam, si quid ei unquam detractum sit, hac tempestate non pervenire, qua potentissimi ac fortissimi imperatoris auspiciis, qui hucusque intra sui imperii fines catholicorum dogmata sectati sunt, ad avitae ecclesiae gratiam redirent. Quae quidem res imperatoris potentissimi sapientibus consiliis eo magis debuit convenire, quo magis amplissimi imperii gentes in unum coalescere in votis habet.

§. 7.

Forte vero nec immerito hanc confessionem oculis perlustrans mireris, qui factum sit, ut Graecae linguae mirifica venustas tam subito ad hanc non mediocritatem sed verborum ac formarum farraginem defloruerit. Qui enim paullo ante vixit Cyrillus Lucaris, ita Graece scripsit, ut certe quid velit facillime intelligas. At contra hujus libelli auctores mirum quantum abhorrent a puritate linguae. Non enim solum proprias habent verborum structuras, veluti quum praecedente part. ἵνα ne Infinitivum quidem ponere dubitant, sed novas et inauditas formas usurpant, ut τινὰς, οὐδένας, nova vocabula fabricantur, ut τέτοιος, κάποιος, ἐσὺ, et antiquis ita abutuntur, ut nova eorum species exsistat, ex quorum genere et partic. in — ωντας — οντας et verba in — ωνω sunt, novas tribuunt verbis significationes, veluti quum partic. κάθα modo pro proposit. modo pro pronom. distribut. modo pro adject. habeant. Haec omnia, quae facili negotio poteram ita augere, ut lexicon et grammaticam componerem, lectorem terrent magis quam alliciunt. Difficultas crescit, quum non tam pravum dicendi genus videatur esse, quam nova dialectus, cujus propria nec lexico ullo nec grammatica adhuc descripta videas. Nec enim *Dufresnii* nec multo minus *Suiceri* lexicon ad vocabula tum nova tum mutata tum novis significationibus praedita facilius intelligenda sufficit, ita ut, qui tanta esset lectione tantaque assiduitate, ut illorum thesauris exhaustis novum et uberius opus, quo, quaecunque a Graecitate abhorrerent, diligenter composita essent et in ordines redacta, exarare voluerit; is profecto de ista lingua et recentiorum Graecorum placitis theologicis optime meruerit. Est enim ista quasi media, nec prisca nec illa recens, qua nunc utuntur Graeci; mixta igitur, a vetustate vero magis quam a recenti linguae forma aliena, qualem tunc temporis Graece loquentes formarant. Quam quidem auctor confessionis non eo elegit, quasi rectius dicere

et scribere nescivisset; sed ut eo melius ad lectorum etiam illiteratorum captum sese insinuaret [1]). Quod consilium, illis temporibus accommodatum his molestum, libello ipsi, quippe catechismo, fuit aptissimum.

§. 8.

Sequitur, ut de editionibus nostris aliqua disputem. Edit. princ. prodiit Amstelodami a. 1662., praemissis *Nectarii* et *Parthenii* epistolis commendatitiis. Hanc procuravit *Panagiota*, ad Turcarum aulam interpres, ea re magnam laudem nactus et apud Nectarium (p. 50.) et apud plurimos, Graecae ecclesiae studiosos. Viderat enim exemplarium manuscript. inter Graecos paucitatem, quam ita voluit elevare, ut Graecum exemplar latinitate donatum Amstelodamum mitteret typis exarandum. Hinc falsa Caroli du Fresne opinio [2]), Panagiotam ipsum catechismum in linguam Graecam eamque vulgarem convertisse; quum Nectarius (p. 51.) id tantum laudis ei tribuat, quod in *latinam* verterit linguam et quamquam multis et alienis curis districtus suis impensis (*οἰκείοις ἀναλώμασι*) edendum curavit. Addit vero *Antonius Arnoldus* [3]), misisse illum quidem in Belgiam pecunias, Ordines vero tanta fuisse liberalitate ac munificentia, ut, remisso auri pondere, suis sumtibus librum typis describi maluerint. In qua re id potissimum videtur mirabile esse, quod Belgiae ordines, ante Cyrillo amicissimi, ei subito ita mente alienati fuerint, ut sine ulla caussa librum Cyrillo oppositum gratis in lucem edere voluerint; nisi forte putas eos Panagiotae gratificari cupiisse, ut ejus gratia apud Tur-

1) Id ipsum Nectarius recte vidit, qui in epist. p. 51. *πεζὴν* istam *φράσιν*, quam interpres bene *vulgarem* et *rudem* dicit, eo excusat, quia ita *οὐ μόνον σόφοις ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς* facile omnia pateant.

2) In *lexico med. et inf. Graecitatis* s. v. *μὰ* p. 839. et in indice auctorum, quorum opera laudantur, s. calcem lexici p. 57.

3) *De perpetua eccles. cathol. fide in negotio eucharistiae Tom. III.* p. 650.

carum imperatorem nescio quid consequerentur [1]). Sed tum id certe non satis possum computare, omnia exemplaria ab Ordinibus, qui ipsi sumtus fecissent, Constantinopolin esse transmissa. Illa enim editio nusquam apparet; ejus vero vel πρωτότυπον vel manuscriptum aliquod fertur a Gallico legato Parisios missum fuisse [2]). Iterata etiam et quidem precibus Dionysii esse dicitur [3]), de qua nova edit. minus etiam quam de prima constat. Hinc Normannus conjicit, in iteratis editt. a Panagiota, homine doctissimo quidem sed vaferrimo ingenio [4]), haud pauca fortasse esse mutata. Quod tum difficillimum est ad demonstrandum, quum nullum emendationis clarum appareat vestigium, tum a veri similitudine videtur abhorrere, aliquem vel doctrina et auctoritate maxime conspicuum libro ecclesiastico non pepercisse, praesertim quum idem ille de summa in rebus dogmaticis et liturgicis constantia maximopere semper gloriatus sit. — Prima editio, quae Graecorum doctrinam Germanis ceterisque exteris gentibus impertivit, fuit *Normanniana*. Laurentius enim Normannus, Upsalae Professor Theologiae ibique bibliothecae Praepositus (denatus 1703.) anno 1688. a *Gabriele Spar-*

---

1) *Tentzel monatliche Unterredungen* 1695. p. 441.

2) De prototypo narrat idem Tentzelius p. 442. cll. cum praefat. quam *Normannus* suae confess. edit. praefixit, p. 24. De manuscripto refert *Normannus* p. 22. Illud jam anno 1671. ab ipso Panagiota dicitur ad Marchionem de Nointel cum epistola missum esse, ut ab oratore in patriam reverso possit palam declarari et hoc documento comprobari, Graecorum fidem longissime a Calviniana discrepare. *Manuscr.* autem anno 1673. Dionysii Patr. sigillo confirmatum cum literis misit legatus Parisios, de re quasi nova et inaudita gloriatus, teste Normanno. Videntur haec discrepare, quippe alterutro jam sufficiente, vel prototypo vel hoc manuscr. Utrumque fortasse stare poterit, quum prototypon ab interprete traditum, post patriarchae sigillo probatum Parisios missum esse dicimus. Vix vero puto legatum duos fere annos praeterire passum fuisse.

3) *Tentzel* l. l. p. 444. *Arnoldus* l. i. p. 685., qui et Dionysii literas edit. commendantes operi suo inseruit.

4) *Tentzel* l. l. p. 449.

wenfeldio, cujus museum peregrinis et rarissimis libris plenum fuit, exemplar acceperat confessionis, quod huic Moscovita nobilissimus donaverat. Normannus festinanter descripsit et in linguam latinam vertit. Fuit igitur edit. sine latina vers., in qua, ut addit, paginis adversis et Graeca typis exarata et Slavonica calamo descripta haberentur, ergo nec Amstelodama nec Constantinopolitana. Jam vero Upsalam venit bibliopola, qui ubi vidit rarissimum librum, summo opere rogat, ut ipsi typis describendum committatur. Haud abnuit Normannus. At ille post triennium nihil nisi verba dedit; frustratus fuit doctus vir. Venit interim liber Lipsiam ad *Adamum Rechenbergium*, qui quid libro fecerit, non satis liquet. Eidem Rechenbergio magnas Normannus ut editionis suae adjutori habet gratias, non addens, quo pacto ipsi auxiliatus fuerit. Miro vero fato occidit, ut eodem anno, quo Normannus suam edit. in lucem misit, accepto ex Belgia, ex bibliotheca Ryckiana, altero exemplari, inscio Normanno, altera editio prodiret; eodem titulo, iisdem typis, iisdem erroribus sive typographicis sive antiquioribus, iisdem paginis et suis et ad marginem adscriptis, iisdem notis marginalibus, eadem equi volantis figura titulo impressa, denique altera alteri ita similis, ut unus liber videatur esse. Habet uterque hunc titulum: *Orthodoxa confessio catholicae atque apostol. ecclesiae orientalis, quam cum interpretatione latina primum edit Laurentius Normannus. Lipsiae, apud Th. Frisch* 1695. Differt uterque liber eo tantum, quod vera Normanni edit., Carolo XI., Sueciae Regi, dedicata, praefatione instructa est, qua de catechismi auctoritate de editionibus et aliis a Normanno disputatur; in falsa autem ipse bibliopola praefatus est, se accepisse *Lipsiae anno superiori* manuscriptum ab *ipso Normanno*, praefationem se scripturum pollicito; de quo quum non constet, num incolumis domum redierit an perierit, se librum sine prolegomenis nunc emittere quam remorari malle. Quae quum ab iis, quae Normannus ipse de manuscr. sorte narrat, prorsus

ntiant, probabile reddunt, bibliopolam fucum fecisse, ut n fraudem obtegeret. Sed praeterea cuncta, quae ad edit. attinent, obscura sunt. Vellem si possem ex Noro redivivo quaerere, quae non satis patent; veluti hoc, sua editio textum referat? Sine dubio Belgicae, quam *oanne Oldermanno* se accepisse scribit. Sed tum quid enbergio gratias agit, qui prius illud exemplar, quod um doluit Normannus, nescio quo fato acceperat? Quae est inter primum et alterum exemplar? Ne syllabam m addit Normannus. Non multum absum, quin crelectiones ad marginem adscriptas partim etiam conras, illas opinor, quae lit. *f.* i. e. *fortasse* indicantur, a enbergio ex priore exemplo additas esse. Quod si ita e habet, altera illa editio furtim *repetita* est *ejusdem* editio. Deinde vero quaererem ex illo, num ista e Belsportata editio latinam versionem habuisset, an non? enim Amstelodami prodiit, ea, uti dixi, Panagiotae latione fuit ornata. Jam vero, si talem recepit Norius, quidni reddidit? Nam de *sua* semper dixit et veret editione; et quod omnem de hac re eximit dubitam, sub finem praefationis sic inter alia scribit: *Dum ruditis terrae Galliae viris hoc impetraverimus, ut pria illa ipsorummet auctorum interpretatione Latina e is Gazis primo quoque tempore in lucem prolata no· huic, cuicuimodo est, quod egregii publici respectu us sane optamusque, oblivionem et caliginem inducant.* uo non solum id efficitur, quod modo dixi, exemplar a anno emtum versione caruisse, sed etiam illud, quod tetigi, cuncta primae edit. exempla Constantinopolin deasse. Si enim suppetiisset tale exemplar; hoc amicus dam mittendum curavisset, nec Normannus antiquam orum translationem desiderare debuisset. Conjicio igitur, ascriptum fuisse, quale Belgus nescio quis per Graeciam iscens emit, bibliothecaeque concessit, unde *rarissiliber* — sic enim dicit Normannus — Upsalam emtione

devenit. Videmus hinc, quam scriptores illius aetatis istarum rerum incuriosi fuerint, quas hujus temporis editor nunquam silentio praeteriturus fuisset. Nam ut ad variantes, ut ajunt, lectiones revertar; de tribus tantum Normannus locutus est, quae spectant ad prius illud Sparwenfeldianum exemplar; de reliquis tacet. Prima spectat ad quaest. 70. I. part., altera ad III. q. 20., tertia ad I. q. 109. Ille uterque locus unicus est, teste Normanno, cui emendationes adjectae erant; in tertio suam protulit conjecturam. Primus ille est, quo de Sp. s. divinitate absoluta agitur. Ipse Normannus de origine lect., quae ita ei probata fuit, ut adversus textum apponeret et interpretatione redderet, exponit. Sed fortasse operae pretium est, ipsum Sparwenfeldium haec apud Normannum disputantem audire. „Quae p. 90., inquit, in margine notata et passim correcta sunt, adscripta sunt a reverendis patribus Graecis *Joannikio* et *Sophronio Licudi* ex Kephalonia, cum quibus Moskovae familiaritas mihi magna erat per integros tres annos 1684—86., requisitis, ut hoc scriptum in majorem meam confirmationem de rebus Graecis reviderent, et quae ab iis improbarentur, notarent, ut postea sine mendis esset catechismus hic orientalis ecclesiae Graecae et Slavveno-Russicae.“ Et quum Normannus hanc marginalem lectionem sibi in schedula descripsisset; ille amicus suapte manu consensionem praebuit hisce verbis: *Haec in margine adscripta tamquam necessaria et essentialia a RR. PP. Gioannichio et Sophronio Licudi, fratribus germanis Graecis, ex insula Kephalonia, monachis Ord. S. Basilii M., Moskovae, qui Paduae XVI annis studuere.* Sed idem dolendum est, de quo supra sum conquestus. Res criticas boni illi homines minus accurate susceperunt. Unde enim ista lectio sit desumta, num de suo addiderint fratres docti, an ex libro sive scripto sive publice edito, id plane nos fugit. Non vero possum credere, ex libro edito fuisse eam depromtam, aut sua sponte scripsisse monachos; sed usos illos esse libro manuscr., idque ex his

cassis, quibus puto omnes ad assentiendum perduci. Rogarat Sparwenfeldius, ut a Licudis suus liber mendis purgaretur. Profecto non decuisset, nec ille passus esset, ab iis conjecturas qualescunque libro typis exarato aspergi, nec Sparwenfeldius temere his cessisset locum. Quod vero impedit, quominus de libro edito cogitem, hoc est. Apud Normannum (f. 118.) invenio ad illius loci marginem haec: *Licudi p.* 28., ut significetur, Licudis hanc lectionem deberi. Paginae numerus non esse potest, nisi libri, in quo Licudi verba ista legerunt. Jam nullo pacto potest comprehendi, eum locum, qui apud Normannum fol. 118. legitur, in Sparwenfeldii libro fol. 90., apud Hofmannum p. 126., in Licudorum edit. jam pagina seu si vis folio 28. lectum esse. Et si vel forma maxima editio fuisset accurata; multo post exspectandus locus erat. At vero in Cod. manuscr., in quo vocabula minutioribus signis exprimuntur, sane plus dimidio prius possunt exstare, quam in libro typis evulgato, quo literae plus spatii sibi vindicant, et siglorum, quae dicuntur, minus loci est. Jam vero de illius emendationis auctoritate me secus atque illos homines doctos sentire fateor, quare multum abfui, quin in textum vocarem. Molesta est propter repetitionem epithetorum ὁμοούσια καὶ ἰσότιμα, redolet deinde elegantiam quamdam scribendi, a qua hic auctor remotiorem sese habuit, tum vero importuna est, quum de trinitate agat, siquidem potius de Sp. s. natura Patri et Filio congrua sermo est. Denique vix possis satis explicare, unde brevior textus lectio, durior, obscurior, a [illegible]caecitate maxime abhorrens enata sit, quam nemo facile, [illegible]or, in facilioris et elegantioris locum substituisset. Pa[illegible], quae eam procreavit, sine dubio Russia est; exemplar, [illegible] fratres usi sunt, in Russia excusum, quod non solum [illegible]de auguror, quod diutissime Moscoviae vixerunt, testeque [illegible]Normanno scholam a multis frequentatam ibi habuerunt, [illegible]quum de eorum in Graecia commoratione nihil audiamus; ex [illegible]d etiam inde potissimum, quod Frischius Slavici exempla-

ris interpres eam reddiderit.[1]) Quam male cum antecedentibus et post sequentibus cohaereat; manifestum erit, qui de totius loci cohaerentia altius repetierit. Quae locum vexatum antecedunt, dicta sunt, ne quis spiritum filio aut filium spiritu inferiorem esse arbitretur; id quod harum rerum rudis facilius possit in animum inducere, quia in scr. sacr. modo Sp. s. modo filius veluti in doxologiis primum teneat locum. Sequitur vero locum conjectura lacessitum ex script. sacra conclusio, Spiritum s. ipsum Deum esse. Quid igitur exspectes aliud esse interpositum, nisi id, Sp. sanct. naturam filium honore et dignitate aequare? Sic enim talis, quae dicitur, gradatio evadit: Ne quis putet, ex scr. sacr. posse quamdam filium inter et spiritum differentiam effici; tria potius in deo illa sunt aequalia. Jam repetit animo auctor, quod offensionem poterat movere: Si qua est in Scr. sacr. varia Filii et Sp. collocatio; non hinc fit, quasi utriusque personae ad patrem non eadem esset ratio; at contra ad filium sine ulla re in medio posita (ἀμέσως) et maxima cum similitudine se habet spiritus. Esto igitur ex scr. sacr., ad Deum etiam spiritui eandem esse rationem; ut breviter dicam: Spiritus non solum cum filio, sed etiam cum ipso patre eadem natura est. Quae omnia minus bene se habent, marginali lectione vera habita. Displicet non solum illud ἄκαγε τοῦ τοῦτο λέγειν, quod a libri lenitate paullulum abhorret; sed etiam tota expositio quasi circulo saepius jam descripto vertitur, in totius trinitatis natura maxime aequali adumbranda; nec transitum facit ad id, de quo uno sermo est, de Spiritus s. divino numine. Moleste me-

---

1) His verbis usus: Nicht dass desswegen einiger Unterschied wäre unter dem Wesen des Sohnes von des heil. Geistes seinem, oder des heiligen Geistes von des Sohnes seinem. Weg mit dem, der so redet: sondern weil sie eines Wesens und gleicher Ehre sind, wie wir vorgemeldet, und dass unmittelbar und gleich zusammen der Sohn und der heilige Geist ihren Ursprung vom Vater haben. Der Sohn zwar der Geburt nach, der heilige Geist aber dem Ausgehen nach.

morat duarum personarum e Patre originem aequalem sed diversam; quasi auctor de cunctis non de una edisserat persona. Quare etiam fit, ut legenti totum locum, adjecta lectione marg., mirum videatur, cur tam subito aliqua praeterea addantur, quae tantummodo ad Spiritum s. pertinent. Ut strictim judicium de tota re faciam; adscripsit, qui sibi temperare non potuit, quin opportunitate data capitale dogma iterum lectoribus inculcaret, offensus fortasse loci brevitate obscuritati juncta, quapropter illa verba difficiliora ἀμέσως καὶ ὁμοίως εἰς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα dilatando rem ac cumulando clariora reddere his verbis non dubitavit: Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀμέσως καὶ ὁμοίως ἐν τῷ ἅμα ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα. Quae ex illis emendationis gratia emanavisse, quis est, qui non videat?

Alter locus, in quo Licudi fratres lectionem discrepantem a textu apposuerunt, minus laboris facesset. Is locus est p. III. q. 20., ubi de baptismo agitur ejusque saluberrimo effectu. Verba vulgatae sunt: ὅποιος δὲ ἐβαπτίσθηκεν, ἐκεῖνος δὲν εἶναι ἐλεύθερος ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν. *Qui vero baptismo purgatus est, ille non liber a peccato;* quae quum per se insane dicta sunt, tum vero maxime illius loci connexioni contraria. Per Licudos illos recte ad marg. libri Sparwenfeldiani pro δὲ scriptum fuit δὲν, quo facto omnia sana sunt. De iis scilicet sermo est, qui non lavacro sacro initiati peccatis involuti sunt divinaeque irae adhuc subjacent. Sed nullus editorum hucusque illam veram et sine dubio antiquam lectionem quantumcunque omnibus probatam in suum textum recepit. Sustentatur a Frischio vertente: Daher wer *nicht* getauft ist, der kann von der Sünde nicht befreyt seyn, sondern ist ein Kind des Zorns und der ewigen Qual. Quae omnia Graecis patribus omnino esse congrua, in his rebus mediocriter versati haud nesciunt [1]).

---

1) Docet jam Just. M. Dial. c. Tryph. c. XIV. p. 231., baptismo hominem adipisci de deo cognitionem peccatorumque remissionem;

Tertiae nec vero ex Licudorum libro exortae varietatis mentionem injicit Normannus, quae spectat ad I. q. 109. Conjicit, Thom. Smithium de statu etc. p. 146. verba *εἰς τὴν οἰκονομίαν ταύτην δύο πράγματα περιέχονται* ita legisse, ut *τρία* pro duobus agnoverit. Ac videtur sane ille doctus Anglus aut ita legisse aut tacite catechismi, ut audacter loquar, negligentiam correxisse. Non vero ausus sum lectionis constantiam mutare, quamquam ipse catechismi auctor duobus illis, quae per adverb. *πρῶτον* et *δεύτερον* effert, adnexit *λειτουργεῖν*, i. e. *προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν πρὸς Θεόν*.

Ex his ita disputatis de textus, quo nunc utimur, ratione ac natura constat. Arbitrati, Normannum libro edito et manuscr. uno usum esse, illo in Russia recuso, hoc in Batavia locato et inde transmisso, Licudos etiam ex suo manuscr. examinasse textum Normannianum, hoc facile possumus, etiamsi de illorum librorum origine non quovis velimus pignore spondere, affirmare, eumdem fere textum Normanno apparuisse. Aut enim ipse, si varietatem invenisset magnam, hanc rem stupuisset lectoresque suos monuisset, aut Rechenbergius, ad quem Russicae devenerat edit. descriptum exemplum, quique hoc cum textu Batavo contulisse videtur, paucis certe verbis Normannum certiorem fecisset, aut Licudi fratres non duas tantum fecissent emendationes, aut denique Frischii ex Slavonica lingua interpretatio non adeo cum Graeco textu consonaret. Hoc igitur nobis habemus persuasum, praeter lectiones in Normanni edit. adjectas fortasse nullas inveniri aut paucissimas, easque nullius momenti. Ab hoc igitur textu recedere non ausi sumus, nisi natura loci omnino cogente, vel ubi errore typographico textus videbatur conspurcatus, vel lectione marginali textum praecedente,

---

Apol. I. 61. Idem Clem. Alex. Protreptr. f. 89., per baptismum fieri ex libero malitiae liberum dei, quocum consentit Cyrill. catech. II. mystag. f. 233. III. c. 12. ed. Milles., quibus ut in Confess. nostra libertas a satanae vi adjicitur a Gregor. Naz. orat. XL. p. 621. ed. Billii Prunaei, Paris. 1609. p. 638. Cfr. *Murawieff* Briefe etc. p. 148.

Hoc vero, quod ultimo commemoravi loco, saepius in mea edit. factum esse, videbunt lectores attentiores, ita ut lectio, quam dicunt, vulgata in notas relegata sit. Saepissime etiam scriptura differt — scribendi enim legum antiquiores editores aeque incuriosi fuerunt atque intercidendi —; paucis interpositis plagulis apparet alius saepe accentus, quasi alia essent vocabula. Elegi igitur eam scripturam, quae videbatur ad Graecum tunc temporis sermonem proxime accedere. A conjecturis vero etiam in obscurioribus et difficilioribus locis fere abstinendum esse duxi, quum in universum certe de textus sinceritate et antiquitate mihi constaret.

De paginis marginalibus, quae in Normann. edit. inveniuntur, diutius dubitavi; praesertim quum eaedem sint, quibus in Thom. Smithii libris loci allegantur, unde efficitur, et Normannum et Smithium eadem usos esse editione. Sed ex ipsis illis verbis Sparwenfeldii, quae supra de emendatione illa longiore retuli, quaelibet eximitur animo dubitatio. Is dicit, p. 90. esse illam lectionis discrepantiam, et eadem haec est apud Norm. margini adscripta, quam deinceps ceterae suo ordine excipiunt. Apertum igitur est, pagg. margg. esse Sparwenfeldianas, puto a Rechenbergio Lipsiae edit. Norm. adjectas. Ergo tali edit. Russica, de qua supra dictum est, usus est Smithius. Ejus enim citationes, quae dicuntur, omnino cum paginis illis marginalibus congruunt; veluti apud *Smith. de statu* etc. p. 111. laudatur locus *Confess.* p. 125; quem facile reperies, ubi Normannianarum paginarum numerum contuleris. Inde etiam fit, ut Smithii interpretatio, quam locis descriptis addit, a Normanniana recedat, quod sane scio jam ex eo debuisse fieri, quod, ut auguratus sum, *Normanni* est interpretatio, qua nunc utimur, post Smithii studia elaborata.

§. 9.

Sequitur post Normanni curam Germanica ex Slavonica editione. per Adrianum parata, facta interpretatio. quae pro-

fectae sint. Nec in earum originem voluit aut potuit inquirere. Adeo enim mordicus Normanni vestigia pressit, ut eadem fere interpunctio, una esset scriptura, erroribus etiam typographicis fideliter conservatis. Versionem quod non mutavit, nolo vituperare, nec illud, quod eam *satis bonam, textum commode exprimentem nec prorsus inelegantem* dixit; displicet vero, quod ne tentavit quidem exquirere, sed simpliciter se nescire confessus est sitne a Panagiota an a Normanno confecta. Igitur nil ad Normann. edit. adjecit, nisi vernaculam istam, quam textui subscripsit, interpretationem, et pro Normanni prolegomenis amplioribus succinctam illam catechismi historiam praefixit.

Memoriae caussa nolo Batavam confessionis interpretationem praeterire, quae Normanni prolegomenis instructa prodiit Haarlemi hoc titulo: *Orthodoxe Homologia of regtsinnige Bekenntnisse des Geloofs der orientalische Kerke, door Johannes Antonius Scinerus* 1722.; accedit appendix, quae explanationes singulorum articulorum continet.

Ut denique de hac qualicunque editione pauca addam; placuit, textum vulgatum ita percensere, ut necessitate coactus ab eo recedere non dubitarim, aut lectiones aut conjecturas marginales recipiens; interdum etiam ingenii mediocritati confisus ex illis aliam lectionem elicere conatus sum. Interpunctioni, ut dicunt, ab antiquioribus vel neglectae vel omnino aliter, ac nos solemus, constitutae magnam navavi operam, utpote quae ad faciliorem intellectum plurimum valeat. Invenisse mihi videor locos, quibus sola intercisionis mutatio simplicissimam poterat offerre medelam. Commentarium vero nec ad hanc nec ad ceteras confessiones componere lubuit; quae adnotavi, vel ad varietatem lectionum pertinent, vel ad locos tum e Patribus tum e Scr. Sacr. vel ex aliis scriptoribus arcessitos, vel ad versionis Normannianae, quam nolui dimittere, veritatem, vel ad intercis. mutatam. Raro in textu conformando mutare ausus sum, nulla adjecta nota. Interdum etiam de accentibus monui.

quibus non, prouti illa aetas dialectusque postulavit, ab editoribus satis provisum fuit, qui, quae puncta, stigmata et alia sigilla attinent, mirifice incuriosi aut etiam inconstantes fuerunt. Ita in animum meum induxi, ut his bene perpensis, et ubi opus visum fuerit, emendatis, textum lectoribus praeberem purum, rectum et ad intelligendum faciliorem, in quo, recentioribus legibus conformato, si quis linguae paullum adsuevit, quae ad se pertinere putat, reperire animoque percipere ac comprehendere possit.

§. 10.

De *concilio Hierosolymitano*, cujus Acta hoc volumine pro rei et temporis ratione ultimo loco posita sunt, paucis praefari lubet, quum ipsi patres de rebus, quae prolegomenis contineri soleant, sedulo et uberius dixerint. Tametsi enim Mogilae catechismo, a cunctis Graecis approbato ac recepto, quae Graecorum sit fides, satis clare esset expositum; tamen non solum intra ecclesiae Graecae terminos manserunt Cyrillianae familiae aliquae reliquiae; sed etiam extra illos non destiterunt plurimi ex Reformatorum potissimum sodalitio de consensione Graecos inter et Reformatos intercedente temere gloriari, quamquam de ingenti dissensione facile et Lucarii res et utriusque ecclesiae dogmata potuerunt persuadere. Catholici vero doctores, eadem via ingressi, sibi vires studuerunt addere; quo factum est ut utraque factio de Graecorum fide vehementissime contenderet. Quarum controversiarum sedes tunc temporis Gallia praecipue fuit; res primaria, de qua concertabatur, de eucharistia locus; ex viris, quorum contentione res latius manavit, a parte Reformatorum exstitit *Joannes Claudius.*[1])

---

1) Natus hic est in urbe *Sauvetat* 1619: in Gallia usque ad Reformatorum expulsionem sacra munera administravit; tunc temporis apud Carentonenses, ut ex Actis hujus synodi eluret p. 328. 480., denatus *Hagae* 1687. Cfr. de hoc viro *Monuments authentiques, dissertation preliminaire* p. 5. 17. etc.

Eum jam confutare nisus erat *Nectarius*, Hierosolymorum Patriarcha intra annos 1660. — 1674., libro contra eum composito, quem *Eusebius Renaudotus Gennadii Homiliis*, quas edidit, adjecit p. 171 — 186. Illius vero successor *Dositheus* (1672. — 1706.), qui tam strenue munus obiit, ut Latinos ex urbis suae ecclesiis expelleret et suae ecclesiae gratia itinera in Georgiam et Russiam susciperet, quum de Claudii opinionibus audivisset, noluit tacere, et Orientales potissimum clericos in fidei castitate constituit tenere. Synodi igitur convocandae cepit consilium, tum sua natura latus, tum turbis ipsis Hierosolymis, ante quidem sedatis, sed quae facile possent redintegrari [1]), denique legati ad Portam Gallici, quocum habuit familiaritatem, admonitionibus instigatus. Cujus consilii exsequendi occasio data fuit Patriarchae anno 1672, quum Bethleemi ad aedis, ubi Jesus natus fuisse perhibebatur, instaurationem et inaugurationem sacerdotum Orientalium plurimi confluxissent. Convocavit et alios sat multos, ut, quae a domino esset tradita, ab apostolis promulgata et ab sanctis patribus conservata Graecorum fides universo mundo manifesta fieret (p. 329. Actorum), publicaque deliberatione et confessione hostes perterrerentur animique forte nutantes valde confirmarentur. Quapropter etiam ἀσπὶς ὀρθοδοξίας ἢ ἀπολογία voluit esse synodus (p. 325.), quae Calvinistis, quos maxime adortus est, nullo modo parceret. Non vero ipsa synodus Bethleemi habita est; sed ut par fuit, in urbe capitali, Hierosolymis; immerito igitur vel quia Bethleemi decreta est, aliquoties

---

1) Nectario adhuc sedem Patriarch. tenente, *Peter* quidam, ex Franciscanorum ordine, Hierosolymis quinque *theses de Papae imperio* evulgarat, quo permotus Nectarius libellum composuit κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ Παππᾶ, qui Jasii *Graece* 1682., *latine* ab Allixio versus Londini prodiit 1702. Cfr. *Acta Eruditorum* 1703. p. 292 — 305. *Dionysio* igitur tum cavendum fuit, ne Catholici nimium auderent, tum Reformatorum, quos synodus ut volaticos et ventosos homines descripsit, arrogantia penitus reprimenda.

Bethleemitica nuncupata est. Ipsi enim patres se Hierosolymis esse palam professi sunt p. 425, 439, 481, 485; Bethleem vero significabant tamquam oppidulum remotius a se situm p. 469.

Calvinistae vero quum acerrimi hostes haberentur; is maxime fuit profligandus, qui illorum dogmata in Graecam ecclesiam voluit quondam inducere, ad cujus confessionem Gallici Reformati provocabant, quum Graecos eadem sentire declamarent. Cyrillus igitur Lucaris, qui hujus controversiae praebuerat ansam et cujus studio intra ipsos Graecos adhuc reliqua fuit factio, rursus erat impugnandus et si fieri possit penitus exstinguendus. In qua re conficienda patres non sine dexteritate, magna vero cum vi et gravitate ita versati sunt. Contendentes, Calvinistas haereticos haud ignorare Orientalium dogmatum discrepantiam, quam vero dissimulent, ne extra quamlibet ecclesiam i. e., ne Christianos quidem eos esse, possit convinci (p. 330), quum ab ecclesia catholica injuste recesserint, non vero in cunctis cum Graecis consentiant (p. 331), illos scientes ac prudentes, quum ex Jeremiae, Joannis Nathanaelis, Gabrielis Severii Moreani aliorumque scriptis (p. 335. et 483.) certiora de Graecorum fide potuissent comperire, et ipsa Confessio Orthodoxa, quam universa agnoverit Graeca ecclesia (p. 336.), vera et sincera Orientalium placita proposita habeat, falsissima excogitavisse conqueruntur. Quae quum ita sint, sex locos sibi sumunt patres explanandos ac demonstrandos, quibus adversariorum, simpliciorum mentes corrumpere volentium (p. 337), impudentia ab stirpe tolli confiderent. Sex capitibus, quibus constant synodi acta, haec comprobantur: primum Cyrillum nunquam ad Calvinistarum rationem de rebus divinis vel cogitasse vel publice privatimque dixisse ac scripsisse; deinde, ut fuerit confessionis auctor, hanc, non publicis documentis comprobatam, nullam mereri fidem; tum eam non pro *Orientalis ecclesiae* fidei expositione habendam; porro eam nunquam Orientales

amplexos, vel si quando, eos non Christianos fuisse; post etiamsi Cyrillus nec confessionem suum opus esse nec ejus doctrinam se unquam probare jurarit et ipse publice contraria docuerit; tamen ipsam Orientalem ecclesiam, ut res extra omnem posita esset dubitationem, bis synodis convocatis vel illam, quae insit confessioni, doctrinam vel ipsum Cyrillum publice reprobasse; denique proposuerunt ipsi patres, quorum nomine *Dositheus* verba fecit, *confessionem*, quae illis Cyrillianis articulis e contrario responderet (p. 338). —

De his singulis non alienum esse puto, deinceps exponere, ut facile de iis judicium fieri possit. Primo igitur capite id demonstratum eunt patres, Cyrillum Graecorum nulli haereticum visum fuisse, cumque et publice verba facientem et privatim cum amicis, quorum multi superstites adhuc essent, colloquentem recta semper et antiquae fidei congrua protulisse (p. 340). Neque, addunt, superesse Cyrilli *librum* omni dubitatione exemtum, quo talia professus sit. Dubitant igitur obiter certe de confessionis veritate, firmis argumentis destituti. At contra depromunt librum Cyrilli manu exscriptum, quo orationes sacrae Constantinopoli habitae continentur, exque hoc, tamquam certissimo testimonio, locos interjiciunt, quos singulis Confessionis articulis opponunt. Cyrillus igitur quum in primo articulo Sp. S. ex patre *per filium* procedere dixisset (p. 24); patres ex duabus homiliis contrarios proferunt locos, quorum unus certe rem conficit (p. 342), alter cum illa opinione potest consociari. Altero articulo (p. 25) Cyrillus detraxisse videbatur de traditionis et ecclesiae auctoritate, praecipue interpretationis sacr. scr. habito respectu. Cui opposuerunt patres plures homiliarum loci, quorum is certe, qui p. 344 exstat, aliquid valere opineris. Contra tertium artic., qui est de absoluta praedestinatione, primum aliquam Cyrilli homiliam producunt, in qua vere illius dogmatis severitatem divina praescientia, unde pendere dixit praedestinationem, lenierat p. 347, aliam deinde p. 348, in qua Deum qualí-

bet creata ad bonum contendere docuerat, tertiam p. 349, in qua Deo contraria inesse negarat, quartam p. 350. et quintam p. 352., in qua in quovis homine non nihil boni, sed fidem sine operibus nullius momenti esse statuerat. Quartum et quintum Confessionis articulos patres intactos reliquerunt, seu quod probarunt seu quia ex orationibus Cyrilli nihil habuerunt, quod illis possent opponere. Caput vero octavum et sextum apte copularunt p. 353. In illo enim (p. 20.) Cyrillus Sanctorum intercessionem despexit, in hoc nullum hominem exsistere dixit, quin fructus peccati originalis sentiat; ex quo satis constabat, neminem posse ad sanctitatis laudem pervenire. Jam proferunt orationem, in qua magnam Mariae potestatem et vel apud Filium gratiam Cyrillus magnifice concelebravit, Sanctos appellavit perfectos (354.), virginem Mariam nulla peccati sorde pollutam fuisse praedicavit (355.), quapropter et in coelestes spiritus valeat (357.), hominesque precantes adjuvet. Huic hominum piorum auxiliatrici et patronae adjunxit Cyrillus alios, Joannem Theologum Sanctum a Christo in coelos translatum (358), angelos, per quos accessus pateat ad deum (359). Decimum deinde articulum impugnant patres, quo Cyrillus eccles. caput voluit esse Christum (p. 30). Afferunt locum (p. 359) vix satis validum, ut, praeesse ecclesiis episcopos non sacerdotes, dixisse Cyrillum coarguerent. Hoc enim et illic non negarat Lucaris. Prosperiore cum successu ad c. XIV. (p. 33) evertendum sese accingunt, locis ex Cyrilli homiliis depromtis (p. 262), quibus omnibus hominibus liberum esse arbitrium, ipsi in rerum oratione infusum, docuerat, hominemque ipsum sua sponte eligere malum (p. 364). Nimium quum Cyrillus tribuisse videretur c. XVI. (p. 35.) baptismo, utpote hoc solo cum Christo communionem posse impetrari opinatus; proponunt patres locos (p. 367.), quibus praeter baptismum bona opera requiri ipse Cyrillus publice de baptismo verba faciens contenderat, addentes insuper alios non ad rem necessarios, sed ad cog-

contra illam confessionem scribere recusarit, Basilii exempli haud memor (p. 396.), ipse ita ambitiosus, ut post primam et justam Patriarchatus administrationem bis temere in hanc sedem honorificam irrepserit (p. 397.). Ut verbis fidem faciant, decretum prioris in Cyrillum synodi interserunt (p. 398.), habitae 1638. Constantinopoli sub Cyrillo Berrhoeensi, ipsius Cyrilli successore, qui anno post 1639. in exsilium missus et gutture chorda eliso suffocatus est. Haec quidem synodus XI. anathematis in Cyrillum elatis, quaecunque a Cyrillo novata viderentur esse, penitus sustulit, *praedestinationem*, *operum bonorum vanitatem*, *sanctorum et traditionum contemtum*, *liberi arbitrii et septem sacramentorum imminutionem*, *panis et vini in coena sacra immutabilitatem*, *eleemosynarum et precum pro mortuis imbecillitatem*, qua concessa praeter alia *ultimum judicium* tollatur, *imaginum sanctarum negligentiam*. Altera vero synodus, cujus decreta sequuntur, Jasiensis dicta (p. 408. 420.), sub Parthenio I., Patr. Const. annis (1639—1644.), post plures Patriarchas sua morte defuncto, 1642. congregata fuit. Qua in re id potest offensioni esse, quod Constantinopol. Patr. *Jasium* eam convocare voluerit, non in suam urbem. Dixerunt etiam nonnulli ut *Cossartius* in conciliorum collectione, quae prodiit Paris. 1671. sq. et *Cabasutius* in notitia eccles. historiarum, conciliorum et canonum etc. quae Lugduni exarata est 1680. Constantinopolitanam non Jasiensem, ad quos accedere video Graecorum tunc temporis doctissimum *Arsenium*, monachum Constant., Cyrillo maxime infensum, qui in literis, editioni anni 1645., supra p. XLV. memoratae, interjectis, cujus lectiones infra etiam anni numero insignire lubuit, dixit, synodum ἐνταῦθα i. e. in hac urbe Constantinopoli congregatam fuisse. Et ipsae subscriptiones coarguunt, Constantinopoli hunc conventum habitum fuisse. Praeter episcopos enim et alios paucos nomina dederunt XX. viri, qui ad *magnam ecclesiam* i. e.

nstantinopolitanam muneribus fungerentur. De qua re ita lico, fuisse vere Constantinopolitanam synodum, ejus jussu stolam synodicam Jasium, quo ab Joanne Basilio Voevon-duce etiam sacerdotes convocati essent, transmissam fuisse, ibi a Russiae legatis, qui Mogilae catechismi perpo-ndi gratia Jasium venerant, simul confirmaretur. Id quod ilibet elucebit, qui subscriptiones p. 420. cum legatorum minibus contulerit, qui appellantur a Nectario p. 49. Sunt im iidem viri. Et quamquam patres, qui Hierosolymita-e synodo interfuerunt, de re obscuriore clarius poterant 'ere (p. 420.); tamen posteriorem etiam synodum ad Con-ntinopolin potissimum spectare, haud ignorarunt; siqui-m verbis disertis hoc (p. 421.) significarunt, ubi utrum-ie hunc conventum et Constantin. magnum et Jasiensem inorem discernunt. Sed factum est sive incuria hominum re ne cum priore haec altera synodus confunderetur, ut siensis, quae appendicula fuit, nuncuparetur, quae *altera* nstantinopolitana esset dicenda.

Haec igitur synodus cautius vel lenius se praestitit. No- enim Cyrillum anathemate percellere; satis potius visum t, confessionis singulos articulos, excepto septimo (p. 409.), : quaestiones devovere, quasi eam, Calvinianis erroribus re-letam spuriam habuerit, quoniam Patriarcha ille nunquam b ecclesiae fide recesserit. Poterant vero et septimum il-ım articulum damnare, quamquam de Christo, omnium fide-um servatore, agentem. Qui enim praedestinationem tenent, aluti Christianae reprobatos eximunt.

Sequitur caput VI., idque gravissimum, quum ad arti-ulos et quaestiones Cyrilli penitus exstinguendas, novam con-essionem Dositheï expromat itidem capitulis et quaestioni-ıus constantem, qua ejus auctor Cyrillum ita persecutus est, ıt iisdem verbis sententiarumque ordine uteretur. Ac pri-

hominem non amplius esse hominem contendit, concessit, unde fieri potest, ut homo nondum gratia adjutus ad bonum morale jam proclivis sit ac pronus. Longiore oratione usus est Dositheus contra decretum XV., *septem* sacramenta a Jesu Christo esse instituta asserens, neo solum illa *signa* esse, sed *instrumenta*, quibus, qui illis ornantur, gratiam sibi comparent, neque rei corporalis usu perfici sacramentum, neque ei obesse fidei carentiam. Partheniana quidem illa synodus Cyrillum art. XVI. de baptismo disserentem reprehenderat, quod nullum sacro lavacro imbutum perire posse dixerit (p. 414); Dositheus vero nec hunc nec alium detexit errorem. Uberius vero tum ex Scriptura sacra tum ex patrum testimoniis de parvulorum baptismo exponit, de ejus materia, effectu, nominibus. Excerpsit porro synodus ex artic. XVII. quam proposuerat Cyrillus realem quidem Christi in coena sacra praesentiam, sed quam *fidei* tantum participes sentiant. Praecipiunt, tenendam esse absolutam Christi et veram per *transsubstantionem* sub elementorum aspectabilium specie ac figura praesentiam, per quae etiam manibus contrectetur orique immittatur ipse totus Christus, in omnibus Missis pariter et praesens et adorandus. Ultimum denique articulum de animarum post mortem statu ita Dositheus aggreditur, ut generalis judicii, quod apud Cyrillum obliteratum fuit, satisfactionum, missarum pro mortuis celebratarum patrocinium suscipiat. Quaestionibus Cyrillianis quattuor alias eodem ordine propositas objicit Dositheus, quarum prima exercitatis tantum et literatis hominibus, studiose in scripturam sacram incumbentibus, ejus lectio permittitur, altera ejus difficultas sublimitati juncta ut caussa affertur, cur et regeneratis plurima in ea maneant obscuritate et involucris obtecta, tertia libri apocryphi ut germanae scripturae sacrae partes enumerantur, quarta cultus sanctorum et imaginum ita defenditur, ut Mariae supremus, quae ὑπερδουλεία dicitur, ceteris inferior, δουλεία, cruci, praesepi. Calvariae loco et aliis pius etiam at-

tribuatur, hancque venerationem non ad idololatriam spectare demonstretur, arcessitis etiam scripturae s. testimoniis, locisque patrum illum cultum improbantium aliter explicatis. — His ita disputatis Dosithei confessio [1]) ad finem perducta est (p. 474.). At patres sibi non potuerunt temperare, quin et alia quaedam, Graecis injuste in culpam versa, disputarent. Exponunt de precibus, maxime monachorum, quas potissimum ab adversariis impugnatas esse queruntur. Quare et monachorum eorumque, qui conventibus sacris intersunt, orationes et hymnos in Christi praecepto et Pauli mandatis tamquam in firmissimo fundamento inniti dicunt; monachorum praecipue precationes Spiritus s. fructus esse contendunt. Deinde a jejuniis, sanctorum exemplis commendatis, suaque natura ad quamlibet virtutem exercitandam valde aptis, haereticorum criminationes (p. 479.) prohibent. Tum Claudii, Galli illius, opprobrium breviter repellitur (p. 480.); Orientalium panem consecratum vel intra vel extra sanctuarium conservandi mos et explicatur et contra falsam adversariorum argumentationem defenditur; libri, ex quibus vera possit Graecorum doctrina hauriri, recensentur (p. 482.), ejusque veritas et candor vel ex haereticorum Orientalium institutis et placitis indicatur. Denique synodo, quae Graecae doctrinae expositionem fideique professionem ad perfectionem perduxit, finem facit *epilogus* (p. 486.), quo de convictis adversariis, quos in posterum ad ecclesiam redituros esse sperant patres, laetantur, iisque, nisi resipuerint, poenas aeternas minitantur.

---

1) Haec quidem Confessio, synodi valde frequentatae actis inserta, et cum ceteris decretis pariter tot sacerdotum nominibus subscripta quomodo a *Neudeckero (Münschers Lehrbuch der Dogmengeschichte fortgesetzt von Neudecker. Zweite Hälfte, zweite Abtheil.* 1838. p. 113.) possit dici *privata*, non possum exputare. Neque ejus auctoritas minor fuit *Gennadiana*, quae, ut supra dixi, quamquam multum praedicata, nunquam, neque in Catech. Mogilae neque in hac synodo, ut Graecae fidei testimonium appellata est.

§. 11.

At vero accidit huic synodo, quod catechismo accidisse supra diximus. Nacta enim est adversarios acerrimos, qui quaevis ejus decreta et argumenta ex Romanorum ore effluxisse constanter affirmarent. Ex quibus idem ille Aymonius fuit, vir magno sed intemperanti studio. Concedimus ei, Dositheum aliosque ecclesiae Graecae tunc temporis principes arcta fuisse cum Gallico legato et aliis magnae gratiae et dignitatis viris, Romanam fidem sectantibus, familiaritate conjunctos, quorum fortasse auctoritate et ipsa synodus convocata est. Nec vero ii mihi videntur fuisse, qui, ut Romanorum plausum reportarent, de suae ecclesiae placitis nedum de ejus fundamento quidquam detrahi paterentur. Scimus, Dositheum ipsum non quidem contra Romanos scripsisse; sed tamen Graecorum scriptorum collectionem instituisse, qui Romanae ecclesiae dogmata aliquando adorti sunt [1]). Dimicarunt quidem patres synodi Hierosolymitanae contra Reformatos potissimum, controversias cum Romanis vel obticentes vel ab iis discrepantia dogmata ad summum leniter tangentes; sed tenere memoria debemus, eas illa de caussa convenisse; absque iis hoc consilium strenue ac fortiter simul etiam docte patratum fuisse, ne nostrum quidem quisquam est qui perneget. Impugnandi et profligandi erant, quibuscum altercatio fuit; alios adversarios, quid necessitatis fuit, novis incursionibus consulto lacessere? Neque sperari poterat fore, ut Graecorum ecclesia ad tranquillitatem ac pacem prius possit redire, quam Calvinianae doctrinae ultimae reliquiae essent deletae. Quid igitur vituperemus, acriter in hanc factionem esse pugnatum? Neque de libris apocryphis, in scripturae sacrae corpus receptis, ambigo, ut Tzschirnerus [2]), qui

1) Cfr. Fabricii Biblioth. Graec. XI. p. 452.

2) In Schroeckhii hist. eccles. post reform. continuata Tom. IX. p. 9..

hac re patres placitis Romanorum nimis indulsisse crederet. Quamquam enim illorum usus non tam late patuit apud Graecos quam apud Romanos scriptores; tamen nunquam ita infreqnens fuit, ac multis visum est. Ut breviter repetam, quod de catechismo jam dictum est, ita de his actis sentio, nullam a me deprehensam esse a Graecis dogmatis vel detractionem vel eorum in Romanorum gratiam immutationem.[1]) In materia vero vel congerenda vel ordinanda, in argumentorum ratione ac natura *Winero*[2]), qui et illud Tzschirneri judicium de apocryphis repetiit, visa est aliqua ad Romanos inclinatio. Neque vero haec, si qua est, crimini verterim patribus. Facta est inde Graecorum professio dilucidior, apertior, justis terminis magis circumscripta, contra hostes et vel Romanos tecta ac septa. Has igitur habemus patribus gratias, quod, nullis Romanorum consiliis cedentes, Calviniana placita exstirpantes, etsi non omnium certe praecipuorum articulorum indicem et expositionem, cui si quid desit, facile ex *Confessione* possumus supplere, nobis reliquerint. Et si quando praeter Graecos auctores Romanos laudarunt, veluti *Tertullianum* (p. 439.) et *Augustinum*, illum de episcoporum successione, hunc de infantium baptismo praecipientem; quis est qui audeat cum iis exprobrare? Si Graeci a Romanis argumenta formasque argumentorum, rationes ac caussas mutuati sunt nonnullas, ut *suam* fidem tutarentur, *suam* doctrinam magis probabilem et vel plausibilem redderent; non a pristina fide, non a patrum doctrina descivisse putandi sunt; sed in ea exponenda tuendaque esse progressi. Quare synodum, de qua quaerimus, non pro sacrorum desertionis atque infidelitatis

1) Lentz Geschichte der christlichen Dogmen p. 286. not.

2) Comparative Darstellung des Lehrbegriffs der verschiedenen christlichen Kirchenparteien 1837. p. 12. not.

signo habenda est; sed processum ad rectiorem, certiorem et subtiliorem suarum rerum descriptionem fecisse Graecos hujusque rei luculentum documentum in illis actis nobis repraesentari non dolemus aut reprehendimus, sed grato animo agnoscimus.

Editiones habemus duas. Quae enim prodiit Graece et Latine Parisiis 1676., absente auctore, qui nomen reticuit, typis descripta et ex mendoso quidem exemplo, ea mox ab eodem viro repetita est[1]) Paris. 1678. Testatur editor, se menda illa et latinam suam versionem emendasse, accentus etiam Graecos certe passim ad leges ac rationes revocasse, scripsisseque nunc in titulo pro *Bethleemitica* synodo *Hierosolymitana*. Continet praeterea libellum *Dionysii*, Patr. Constantinopol., *super Calvinistarum erroribus ac reali imprimis praesentia responsio* 1672., quae quidem cum Hierosol. decretis prorsus consonat. Omisi eam interim in hac editione, utpote non necessario ad synodum ipsam spectantem. Alterum edita est synodus in *Harduini Actis Conciliorum Tom. XI. p.* 179. — 274., adsumtis p. 172. — 180., ubi Jasiensis utpote ante habitae synodi acta. Fatetur auctor, se Paris. edit. et quidem alterius emendatae textum et interpretationem secutum esse, utrumque vero interdum emendantem. Quomodo utravis discrepet, ex mea editione videre est. Ut enim lectores intelligant, quomodo uterque editor se gesserit, primum Harduini textum et interpretationem, quantum licuit, reddidi usque ad acta *Jasiensia* (p. 408.), subscriptis Paris. edit. variantibus, quas litera P. si-

---

1) Hoc titulo: *Synodus Ierosolymitana adversus Calvinistas haereticos, orientalem ecclesiam de Deo rebusque divinis haeretice, ut sentiunt ipsi, sentire mentientes pro reali potissimum praesentia anno 1672, sub Patr. Jerosol. Dositheo celebrata, interprete domno M. F. e congregatione sancti Mauri, Ordinis S. Benedicti; edit. secunda ab interprete emendata.*

avi. Abhinc sectatus sum Paris. editionem, additis Har-
lectionibus, et si qua visa est memorabilior interpre-
is dissensio, signo *B.* vel *Bibl.* usus. Habet et Har-
s illum Dionysii libellum et quod intermissum est Gal-
gati documentum, ex quo colligi licet, quantum ad sy-
n convocandam valuerit. Tertia editio vix hoc nomine
est. Scilicet Aymonius in librum saepe memoratum
(LV.) recepit quidem et haec acta (p. 259 — 447.),
ils suis disputationibus; sed tantopere decurtavit, tam
resecuit, quod miror viros doctos latuisse, ut vix
praebuit, pro editione possit haberi. Enotavi plurimis
has lacunas et variantes, signo quidem supra memorato
us. Consulto illa omissa esse ab editore, non alium
ne textum redditum, sequitur ex eo, quod, quae prae-
ea plurima spectant ad loca, quibus patres omnem
rgumenti indiderunt, quod leviter attentum non latebit.
illas synodos, Hierosolymitanis actis interjectas, edi-
anni 1645., saepe memoratae, inesse, supra dictum est.
variantes et hoc loco adjeci. Leguntur eaedem etiam
Allatium de eccles. occid. atque orient. perpet. cons.
061. sqq., qui, ut ipse dixit, ex suis cimeliis dedit.
enit vero ejus textus cum edit. a. 1645. praeter erro-
vel calami vel typorum, quos habet; interpretationem
latinam, quam adjecit, desumsit ex illa edit. Non igi-
operae pretium visum est, hujus edit. propria Allatii
ni adscribere. Idem valet de *Jasiensis* synodi actis, quae
itur in *Labbei* et *Cossartii sacrosanctis Conciliis Tom.*
Lutet. Paris. 1672. p. 1714. Editores enim, qui illud
lium dixerunt *Constantinopolitanum*, reddiderunt textum
nterpretationem *Jasiensis* edit., quae prodiit a. 1642.,
rate vel Genevae vel in Belgia repetita a. 1645. Hu-
quam ultimo loco posui, variantibus collectis, non opus
Labbeanae edit. mentionem fieri.

Conferri possunt de hac synodo, quae disputavit . *gius* in dissert. *de actis Synodi Hieros. anno* 1672. *Patr. Hieros. Dositheo adversus Calvinianos habitae*, (diss. *quinta* est in *appendice dissertationis de Haeres chis aevi apostolici, cui accedit Heptas dissertationum. psiae.* 1696.; praeterea *Kiesslingii Historia concertati Graecorum Latinorumque de transsubstant. in s. euch stiae sacramento* p. 310—324., tum *Basnage Histoire la religion de Eglises Reformées P. I. Chap.* 32. *p.* 4 denique *Joannes Covel Account of the present Gr Church L. I. c.* 5. *p.* 136. *sqq.*

ientissimi et doctissimi Viri D. Gennadii Scholarii, Patriarchae Constantinop. novae Romae, Sermocinatio habita de recta et inculpata Christianorum fide: translata est autem haec confessio in Turco-Arabicam linguam ab Achmate Berrhoeae Praetore, qui Mahumetis Zelebi Commentariensis pater fuit.

Makum. Quid est Deus?

Gennad. Deus est substantia invisibilis, intelligibilis, intelligensque et non interpretabilis. Deus est spiritus sine materia, oculus pervigil, intellectus actu, semper existens. Deus est caussa omnium visibilium et invisibilium creaturarum.

Makum. Unde dicitur Θεὸς, quod est Deus?

Gennad. Dicitur *ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν*, quod est a speculari, eo quod cuncta speculetur, quasi speculator et spectator omnium. Dicitur praeterea Θεὸς *ἀπὸ τοῦ θεῖν* hoc est percurrere, anima intelligibilis sine tempore, Deus enim semper et ubique adest.

Mahum. Et quot dii sunt?

Genrad. Unus Deus deorum et Dominus dominantium et praeter eum non est alius. Dicuntur tamquam

dii aliquando homines per participationem, ut puta: Ego dixi Dii estis et filii altissimi; vos autem tamquam homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis.[1])

Mahum. Si itaque unus Deus est, cur dicitis etiam tres esse personas, patrem videlicet, filium et spiritum sanctum?

Gennad. Ecce sic esse tres dicimus et unum.

Mahum. Doceas nos quaeso, quomodo est unus Deus et tres personae, quoniam nobis mirum videtur, quomodo unus Deus sit, et tres in eo personae.

Gennad. Animadverte quaeso et facile poteris intelligere mysterium sanctae Trinitatis, quantum mens humana valeat intelligere: ego autem pro viribus exprimere contendam. Idcirco dicitur Deus non interpretabilis, quia non possis ejus naturam percipere, neque similis est ulla nobis persona. Si enim esset persona unica, illum procul dubio cognosceremus, quemadmodum nos invicem cognoscimus. Sed est unus quidem Deus, tres autem personae ejusdem deitatis; proinde animadverte, quae dicturi sumus. Quemadmodum est unus sol, qui quidem radios habet et lumen, suntque in sole tres quasi personae, substantia solis, radius et lumen; radius vero, qui discedit, lampadis instar terram percutiens, lumen autem, quod illuminat loca tenebrosa, absque radio: ecce itaque tres quasi personae, corpus scilicet solare, radius et lumen, non tamen dicimus tres soles, verum unum et solum, nec dicimus personam unam, sed tres. Si enim fueris interrogatus, quot sunt soles in coelo? respondere debes, unus est sol. Si autem interrogatus fueris, quae sunt personae in sole? responde tres, solare corpus, radius et lumen. Similiter sentiendum est etiam de Deo. Deus quidem unus, personae autem in Deo

1) Ps. LXXXII. 6. 7.

tres, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Ex his poteris intelligere, quod, quemadmodum sunt in sole tria distincta, ita est et unus Deus trium personarum. Pater est ipse corpus solare, Filius autem est radius, Spiritus Sanctus est lumen solis. Et sicut in sole est corpus solare, est radius et lumen, et tamen unus sol, et non tres; similiter et in Deo Pater, Filius et Spiritus Sanctus unus Deus et non tres Dii. Insuper dic sic. Quando substantia solis et radius et lumen non invicem separantur, propterea dicitur unus sol, et non tres, quia non separantur ab invicem; et quemadmodum substantia solis producit radios, et a sole et radiis procedit lumen: ita pater generat filium seu verbum ejus et a Patre et Filio procedit Spiritus Sanctus. Sis igitur attentus quaeso. Quod sicut radius solis descendit de coelo ad terram et a corpore solari non separatur, et neque a coelo abest neque a terra, sed est in corpore solari et in coelo, in terra et ubique, neque sursum neque deorsum abest; ita et filius seu verbum Dei descendit in terram et neque a patre abest, neque a coelo, neque a terra, sed fuit et semper est in gremio patris, inseparabilis et sursum et deorsum ubique et nusquam deest. Et quemadmodum est lumen solare et in corpore solari et in radio et in coelo et in terra et ingreditur interiora domus et omnia illuminat, ita et Spiritus Sanctus ubique et cum Patre et cum Filio est sursum et deorsum et omnes homines illuminat et nullibi deest. Spiritus enim, ut ait Paulus, etiam inquirit et profunditates Dei. [2]) Ecce igitur quemadmodum si nunquam Heliam Thesbytem, prophetam illum, potuissemus cognoscere, qualis fuerit, quando autem videmus illius imaginem, tunc paullatim intelligimus figuram prophetae illius Heliae, licet non ejusdem honoris: ita etiam de Deo intelligere oportet; nam

2) I. Cor. II. 10.

Deum nullus unquam vidit. Et quia Deum non videmus, nec cognoscere possumus, qualis est, quia tamen Deus est lumen, reperimus autem lumen sensibile solis, tanquam imaginem invisibilis Dei. Si autem dicimus, quoniam sol visibilis et unus est, et tria in se habet et haec tria sunt inseparabilia, sol itaque est imago intelligibilis solis videlicet Dei, cum sunt in sole uno tria distincta, et cum ita sit, ita sentiendum est et credendum. Si autem exemplum hoc tibi nequaquam satisfacit ad cognitionem trium personarum deitatis, animadverte et aliam imaginem Dei. Est autem anima hominis; quando enim Deus hominem creare voluit, dixit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. [3]) Ecce igitur et homo ipse imago Dei est: videlicet anima hominis. Est enim anima hominis una quidem, et trium quasi personarum, tres enim potentias, quasi tres personas habet anima, et quomodo, animadverte. Est autem anima una persona, animâ vero producit sermonem, et ecce sermo, alia persona, anima producit spirationem, et ecce spiratio, alia persona; sunt ergo quasi personae tres: anima, sermo, spiratio. Animae sunt personae et non corporis, quoniam evolans anima ab corpore, nec sermo, nec spiratio remanet in corpore, sed jacet corpus absque sermone et spiratione, sermo vero et spiratio sunt in anima; et hoc quidem patet, quia sermo et spiratio ab anima sunt personae: et ecce igitur anima est persona, spiratio alia. Anima est trina quasi in personis, licet anima sit una et non tres. Si autem interrogatus fueris, quot personae unius animae, respondere convenit tres; quoniam anima, sermo et spiratio est una anima, et tres personae. Et anima quidem est ad modum patris, sermo vero animae ad modum filii et verbi Dei, spiratio vero animae est ad modum spiritus sancti. Quemadmodum enim anima est ingenita, ita Deus

3) Genes. I. 26.

pater ingenitus est, et quemadmodum sermo generatur ab ipsa anima, ita et verbum Dei a patre generatur, et quemadmodum spiratio generatur ab anima, et spiritus sanctus procedit a patre; et dic sic: Anima, sermo, spiratio, anima una et non tres. Ita et pater, verbum et spiritus sanctus unus Deus, non tres. Inseparabilis anima, et sermo et spiratio una anima et non tres, inseparabilis pater et verbum et spiritus sanctus. Invisibilis anima, invisibilis et Deus. Et quando mente haesitabis, quomodo possit esse unus Deus, et trium personarum, cogita et dic: Quemadmodum anima mea est una, sed trium potestatum anima, sermo et spiratio; ita et Deus unus est, sed trium personarum, pater, verbum et spiritus, et dic menti tuae: Si enim anima, quae est creatura Dei, similiter et sol est quasi trium personarum, si natura autem eorum una est; tanto magis Deus creator omnium horum; quare igitur non sequitur esse, ita ut sit unus et trium personarum? Ita profecto anima, sermo et spiratio tres personae sunt; sic unus Deus et non tres. Ita enim si semper consideras, de sancta trinitate nunquam errabis. Ecce ignis unus est, sed trium potestatum, ista enim est persona igni subjecta, calefactiva autem virtus altera persona, illuminans autem alia: ecce igitur quasi tres personae unius ignis, videlicet ignis, calefactivum et illuminativum, una tamen natura ignis est. Similiter et in Deo Pater est ignis, Filius vero calefactivum, et Spiritus vero Sanctus illuminativum. Et quemadmodum in igne calefactivum et illuminativum dicimus unum et non tres: ita et in Deo tres sunt personae, Deum antem unum dicimus et non tres Deos. Et de cognitione sanctae Trinitatis satis est, haec credere. Sermo vero hominis duplicem habet originem, duabus enim pronunciationibus producitur, una ab anima, altera a labiis. Producitur quidem sermo ab anima, quando aliquis cogitat aliquid exprimere: cogitatio fit ante formationem sermonis, quoniam cogitat sermonem, ut exprimat il-

lum, non pronunciat autem per labia, sed conservat sermonem illum in gremio animae et est illa cogitatio prima animae. Productio tamen et si formatur, sermo primam formationem habet, quando autem vult manifestare sermonem, tunc format. Secunda autem formatio est ex labiis. Haec autem secunda formatio labiorum est tunc, quando omnes audiunt sermonem et manifestatur omnibus et non amplius dicitur absconditus sermo sed clarus. Quando vero generatur sermo? Videlicet quando labiis articulatur, et dicitur haec formatio per labia secunda formatio sermonis. Itaque duae sunt origines sermonis nostri, una ex anima, quando cogitat sermonem, quae et prima formatio dicitur, altera vero ex labiis, quae et manifestat sermonem in omnibus hominibus et dicitur secunda formatio. Adspice igitur: quemadmodum sermo hominis duas origines habet, unam ex anima, alteram ex labiis; ita et verbum Dei duas generationes habet, unam ex Deo patre, quae et prima dicitur generatio, et alteram ex carne, quae et secunda dicitur generatio. Et quemadmodum sermo noster, et si formatur, primam originem habet ab anima, attamen non est clara, nec manifestatur, sed iterum post formationem manet in gremio animae; sic et verbum Dei, quamvis natum est ante saecula a Deo Patre, non fuit tamen manifestum hominibus, sed fuit in paterno gremio. Quemadmodum sermo noster, quando volumus, formatur ex labiis nostris, et manifestatur omnibus adstantibus: ita similiter et Verbum Dei, quando bene placuit, natum est (sicut ex labiis prophetarum fuit praedictum) ex sancta virgine Maria et tunc manifestum fuit toto orbi. Quemadmodum enim manifestatur sermo noster, quum sit natus ex labiis nostris; ita et Verbum Dei natum est ex carne sanctae virginis, ac manifestatum est toti orbi, et qui credunt, in eo salvi sunt. Et quemadmodum sermo noster, quando formatur a labiis, nec ab anima deest, nec a labiis nostris et in auribus audien-

tium et nusquam deest, et si mille millia audirent sermonem, non diminuitur sermo, sed semper sermo noster integerrimus est: ita Verbum Dei natum est ex virgine Maria, ut ex prophetarum labiis fuerat praedictum; attamen nec a patre defuit, nec a carne, nec ab omnibus hominibus, nec ab universo orbe, sed ubique erat, et non diminutum est, verum amplissimum erat. Ita intellige et de Verbo Dei, qui duplicem habet generationem, unam ex Deo Patre ante saecula, a carne vero alteram a novissimis dierum, quemadmodum sermo noster primum producitur ab anima, secundo a labiis. Et haec de duabus generationibus verbi Dei.

Muham. Quid est commune sanctae trinitatis?

Gennad. Commune est substantia, carens principio, potestas, bonitas ac justitia, et omnia haec aequaliter habet pater, filius, spiritus sanctus praeter ipsas proprietates.

Muham. Quid est proprium filii?

Gennad. Genitum.

Muham. Quid est proprium spiritus sancti?

Gennad. Procedens.

Muham. In Deo quot naturas fateris?

Gennad. Ideo dicimus unam naturam, unam formam, unum genus, unam gloriam, unam dignitatem, unam dominationem.

Muham. Hypostases quot fateris in Deo?

Gennad. In Deo dicimus tres personas, tria individua et tres formas.

Muham. Et cur dicitur pater? [1])

Gennad. Pater dicitur Deus ab hoc verbo *πάντα τηρᾶν*, i. e. omnia observare.

---

1) Mutavi lectionem. In libro ita legitur: et cur dicitur? Pater? cui respondet Gennad.: *Pater dicitur Deus*, *et Pater*, quae absona videbantur.

Muham. [1]). Et *υἱὸς*, i. e. filius unde dicitur?

Gennad. *Υἱὸς* i. e. filius dicitur ab hoc nomine hoc est talis; qualis enim pater, talis filius, et muta *οἷ* in *υι* Graecum *υἱὸς*, hoc est filius. Similis enim tris est filius.

Muham. Et *πνεῦμα* i. e. spiritus, unde dicitur?

Gennad. Ab hoc verbo *νοέω*, i. e. intelligo. O enim veraciter et acute intelligit et providet. Sp enim sanctus omnia inquirit, [2]) et profunditates etiam D

Muham. In Deo quae sunt principia productiva

Gennad. Unum dicimus principium generativu Deo, h. e. Pater, ipse enim generat filium et spirat tum sanctum. Scias, quod solus est pater generativu filius autem non est generativus, sed genitus, sp sanctus non est productivus, sed productus. Itaque p pium productivum est pater et etiam filius; product tem sunt filius et spiritus sanctus. Principium pro vum dicitur pater, quia generat et non generatur, p cit et non producitur; generat quidem filium, spirat spiritum sanctum et ideo dicitur pater principium ductivum.

Muham. Et quot sunt personae in divinis produ

Gennad. Duae sunt in divinis personae prod filius et spiritus sanctus. Non generat filius sed gene propterea dicitur productus: similiter spiritus sanctu spirat, sed spiratur, et ideo dicitur productus. Si interrogatus fueris, in divinis quae sint personae p centes? respondes: duae. Nam pater generat filiu pater et filius spirant spiritum sanctum.

---

1) Spectant in libro haec verba ad Gennadii orationem. Per Deinde prave legitur pro *υἱός*: *ὑγιός*. 2) Liber habet: *i* falso; supra bene *inquirit*, quod huc induxi. 3) I. Cor. II.

Muham. In sancta Trinitate quis fuit primus, pater an filius an spiritus sanctus?

Gennad. In sancta Trinitate nullus est primus neque ultimus, sed simul pater, simul filius, simul et spiritus sanctus et propterea simul non inchoati dicuntur ante principium. Deus vero pater principio, licet est ante principium et propterea dicitur sine principio; et non inchoatus filius, non inchoatus spiritus sanctus. Et ecce simul coaeterni, et nullus primus, nullus ultimus in sancta Trinitate.

Muham. Et spiritus sanctus quomodo procedit a patre?

Gennad. Interrogare de hoc minime te decet, non est interpretabile, attamen addisce quaeso de hac re: quemadmodum spiratio hominis procedit ab anima, ita et spiritus sanctus procedit a patre.

Muham. Utrum loco capiatur Deus an non?

Gennad. Animadverte et intelliges diligenter, quod Deus lumen est invisibile et loco non receptabile, neque igitur adspicitur Deus, neque respicitur in toto, ubi habitaturus et receptaturus; itaque clarum manifestatumque est, quod non recipitur in uno loco, sed in toto et ubique adest Deus. Etiam audivisti de sancta Trinitate, quod una persona est Pater, altera vero Spiritus Sanctus, et alia Filius et Verbum. Ecce igitur scias, quod hic filius indutus est carne humana et ambulavit in terra, et posteaquam induit carnem et ambulavit in terra cum carne, nominatus est Jesus et appellatus Christus. Igitur Christus filius et verbum Dei est incarnatus, habens formam hominis.

Muham. Qua necessitate ductus filius et verbum Dei incarnatus est, ut ambularet ut homo in mundo?

Gennad. Postquam interrogasti, qua caussa Deus incarnatus est, audi caussam. Deus nulla re indigens incarnatus est; sed humana natura indigebat medicamine. Postquam enim Deus fecit coelum et terram et omnia,

quae sunt in eis, et creavit hominem et posuit eum in medio paradisi, ordinavit eum imperare omnibus creatis, et habitare in paradiso tamquam Deus. Adspiciens eum diabolus invidit dignitati hominis consuluitque homini, non parere [1]) mandatis Dei. Homo autem quum esset inexpertus pravitatis diaboli, paruit consilio diaboli, non obediens Deo, et tunc accepit mortem homo peccati, quum omnes qui ab homine illo sunt nati, quia acceperunt peccatum a parentibus, et tenebant hanc mortem et dominabatur in eis peccatum. Et propter hominem misit Deus Prophetas, doctores in mundum, ut docerent homines, ut a peccato converterentur. Non potuerunt vero prophetae corrigere eos et propterea talia secum dixit Deus: Descendam et induam me carne et fiam in forma hominis et docebo creaturam meam, ut convertatur a consilio diaboli, et erit omnis homo tamquam Deus non secundum naturam, sed secundum participationem. Et hoc voluit Deus pater bona voluntate et cooperatione spiritus sancti: descendit filius aut verbum Dei, et ingressus est puram et immaculatam virginem, et suscepit carnem, et homo factus est et postea ex utero virginis egressus conversatus est in mundo cum hominibus ut homo, et nominatus est Christus, qui docuit homines viam veritatis. Iste est Christus filius et verbum Dei, sumens carnem, cui convenit gloria et laus in saecula saeculorum. Amen.

---

1) Liber vitiose: parare.

σοφωτάτου καὶ
οτάτου [1]) κυρίου
αδίου τοῦ Σχο-
ου, πατριάρχου
ταντινουπόλεως,
Ῥώμης, ὁμολο-
[2]) ῥηθεῖσα περὶ
ρθῆς καὶ ἀμωμή-
τίστεως τῶν Χρι-
νῶν πρὸς τοὺς [3])
ρηνούς. Ἐρωτη-
γὰρ παρὰ τοῦ
ρᾶ Σουλτὰν [4]) Με-
τ. Τί πιστεύετε
ς οἱ Χριστιανοί;
ρίνατο οὕτως. [5])

Πιστεύομεν, ὅτι ἔστι
δημιουργὸς πάντων,
ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ μὴ ὄν-
τὸ εἶναι [6]). Καὶ [7]) ὅτι
σῶμα ἐστὶν, οὔτε σῶ-
ει, ἀλλὰ ζῇ νοερῶς· [8])
ʼοῦς ἄριστος, καὶ τε-
ατος, καὶ σοφώτατος·
ετός ἐστιν, [9]) ἄναρχος,
ύτητος· ἔστιν ἐν τῷ
ῳ, καὶ ὑπὲρ τὸν κό-
οὐκ ἔστιν ἐν οὐδενὶ
, καὶ ἔστιν ἐν παντὶ
Ταῦτα εἰσὶν ἰδιώματα-
ῦ Θεοῦ, δι' ὧν χωρί-
ἀπὸ τῶν κτισμάτων
ι, καὶ ἄλλα ὅμοια. [10])

r. λογιωτάτου. 2) Cr. ὁμι- Cr. omisit πρὸς — Ἀγ. 4) Cr. νου τοῦ μαχμέτη. 5) Cr. δὲ καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν. 6) Cr. 7) Cr. omisit. 8) Cr. add.) Cr. omisit. 10) Cr. τοῦ-σιν.

Sapientissimi et honoratissimi [1]) *Domini Gennadii Scholarii, Patriarchae Constantinopoleos, Novae Romae, Confessio* [2]) *dicta de recta et sincera* [3]) *fide Christianorum ad* [4]) *Agarenos. Interogatus enim ab Amera Sultan* [5]) *Mechemet, Quid creditis vos Christiani? respondit in hunc modum.*

1. Credimus, quod Deus est conditor omnium, quaecumque sunt, ex nihilo, ut essent [6]): et quod neque corpus est, neque corpus habet, sed vivit intelligibiliter [7]): et est mens optima, et perfectissima, et sapientissima: incompositus est, carens principio, nec habens finem: est in mundo et supra mundum: non est in ullo loco, et est in omni loco. Hae sunt proprietates Dei, per quas separatur ab ipsius creaturis, et aliae similes.

1) Cr. doctissimi. 2) Cr. sermocinatio, habita. 3) Cr. inculpata. 4) desunt Cr. 5) Cr. ab imperatore Mechometa. 6) B. a non esse. 7) Cr. actu intelligendi.

2. Ἔστι σοφὸς, καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἀληθὴς, [1]) καὶ ὅσα προτερήματα ἔχουσι τὰ ποιήματα αὐτοῦ μεμερισμένως, ἔχει αὐτὸς μόνος, καὶ [2]) καθ' ὑψηλότερον τρόπον· καὶ ταύτας τὰς τελειότητας ἔχουσι τὰ κτίσματα, διότι αὐτὸς δίδωσι ταύτας τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ· καὶ ὅτι ἀγαθός ἐστι, καὶ τὰ κτίσματα αὐτοῦ ἀγαθά· [3]) ὅτι σοφὸς, σοφά· ὅτι ἀληθὴς, ἀληθῆ· καὶ ὅσα ὁμοίως· πλὴν ὅτι μὲν Θεὸς κυρίως ἔχει ταῦτα, τὰ δὲ κτίσματα κατὰ μετοχήν.

3. Πιστεύομεν, ὅτι εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἄλλα τρία ἰδιώματα, ἅτινά εἰσιν ὥσπερ ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων τῶν ἄλλων ἰδιωμάτων αὐτοῦ· καὶ διὰ τούτων τῶν τριῶν ἰδιωμάτων ζῇ ὁ Θεὸς ἀϊδίως ἐν ἑαυτῷ, καὶ πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι ὑπ' αὐτοῦ τὸν κόσμον, καὶ διὰ τούτων ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τούτων κυβερνᾷ αὐτόν. Καὶ ταῦτα τὰ τρία ἰδιώματα ὀνομάζομεν τρεῖς ὑποστάσεις· [4]) καὶ διότι αὐτὰ τὰ τρία ἰδιώματα οὐ μερίζουσι τὴν μίαν καὶ ἁπλουστάτην οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦτό ἐστι Θεὸς, καὶ μετὰ τῶν ἰδιωμάτων τούτων, [5]) καὶ εἷς Θεὸς, καὶ οὐκ εἰσὶ τρεῖς Θεοί. [6])

2. Est sapiens, et bonus, et verus, et quascunque praestantias habent ipsius [1]) opera ex parte, ipse habet solus, et excelsiore modo; atque illas ipsas perfectiones habent creaturae, quia ipse dat eas creaturis suis: et quia bonus est, etiam ipsius creaturae bonae sunt: quia sapiens, sapientes: quia verus, verae, et quaecunque similiter: nisi quod Deus principe [2]) loco habet ea, creaturae per participationem.

3. Credimus, quod in Deo sunt aliae tres proprietates, quae sunt quemadmodum principia et fontes omnium aliarum proprietatum ipsius: et per has tres proprietates vivit Deus sempiterne in seipso, et antequam ab ipso conderetur mundus, et per ipsas condidit mundum, et per ipsas gubernat eum. Atque has tres proprietates appellamus tres hypostases [3]): et quia hae tres proprietates non dividunt unam [4]) et simplicissimam substantiam Dei, propterea est Deus et cum proprietatibus his, et unus Deus, et non sunt tres Dii [5]).

---

1) Cr ἀληθινὸς καὶ αὐτὸ ἀλήθεια. 2) Cr. omisit καθ'. 3) Cr. ἀγαθὰ εἰσι immerito ceteris rejectis. 4) Cr. adj. ἤγουν τρία πρόσωπα. 5) Cr. omisit καί. 6) Cr. adj. καθὼς τινὲς τολμῶντες λέγομεν.

1) B. creaturae ejus. 2) B. proprie. 3) Cr. adj. *seu personas*. 4) B. almam. 5) Cr. sicut quidam dicere audemus.

Ιιστεύομεν, ὅτι ἐκ τῆς
ς τοῦ Θεοῦ ἀνατέλ-
Λόγος καὶ Πνεῦμα,
ἀπὸ τοῦ πυρὸς φῶς
ρμη· καὶ καθάπερ τὸ
καὶ εἰ μή ἐστί τι τὸ
όμενον καὶ θερμαινό-
ὑπ' αὐτοῦ, [1]) ὅμως
τὸ πῦρ ἀεὶ ἔχει φῶς
ρμην, [2]) καὶ ἐκπέμπει
αὶ θέρμην· οὕτω καὶ,
ῦ δημιουργηθῆναι τὸν
ν, ἦσαν ὁ Λόγος καὶ
ια, ἐνέργειαι τοῦ Θεοῦ
αὶ, ἐπεὶ [3]) ὁ Θεὸς νοῦς
ὡς προείρηται. Καὶ
τὰ τρία, Νοῦς, Λόγος,
νεῦμα, εἷς Θεός ἐστιν,
ἐν τῇ μιᾷ ψυχῇ τοῦ
όπου ἐστὶ νοῦς, καὶ
νοητὸς, καὶ θέλησις
· καὶ ὅμως ταῦτα τὰ
εἰσὶ μία ψυχὴ κατ' [4])
ν τῇ ἀληθείᾳ. Πάλιν
όγον τοῦ Θεοῦ ὀνομά-
σοφίαν τοῦ Θεοῦ καὶ
ιιν, καὶ υἱὸν αὐτοῦ·
ἐστὶ γέννημα τῆς φύ-
ὐτοῦ. Καὶ [5]) ὥσπερ τὸ
μα τῆς φύσεως τοῦ
όπου καλοῦμεν υἱὸν
ἀνθρώπου, καὶ ὥσπερ
όημα τοῦ ἀνθρώπου
γέννημα τῆς ψυχῆς αὐ-
οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θεί-
ὑτῶν. [6]) Πάλιν ὀνομά-
τὴν θέλησιν τοῦ Θεοῦ
μα τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγά-
αὐτὸν δὲ τὸν νοῦν κα-

4. Credimus, quod ex natura Dei oriuntur Verbum et Spiritus, quemadmodum ab igni lumen et calor: et quemadmodum ignis etiamsi non sit, quod illustretur et calefiat ab ipso, tamen ipse ignis semper habet lumen et calorem, et emitit lumen et calorem: sic et antequam conderetur mundus, erant Verbum et Spiritus, efficacitates [1]) Dei naturales, quoniam Deus mens est, ut ante dictum fuit. Atque haec tria, mens, verbum et spiritus, unus est Deus, quemadmodum in una anima hominis est mens, et verbum intelligibile, et voluntas intelligibilis; et tamen haec tria revera secundum substantiam una sunt anima [2]). Praeterea verbum Dei nominamus sapientiam Dei, et potentiam, et filium ejus, quia est soboles naturae ejus; et quemadmodum sobolem naturae hominis nominamus filium hominis, et quemadmodum cogitatio hominis est soboles animae ejus; ita etiam in divinis hisce [3]). Praeterea nominamus voluntatem Dei spiritum Dei et dilectionem: ipsam vero mentem nominamus patrem: quia ipse est ingenitus

---

Cr. adj. ἀλλ'. 2) Cr. vitiose ἡμῖν. 3) Cr. ἐπειδή. 4) Cr. τὴν οὐσίαν. 5) Cr. om. 6) Cr. de ab οὕτω Pergit: καὶ πάλιν.

1) Cr. actiones. B. potentiae.
2) B. in una substantia animae.
3) Cr. et B. omitt. ita — hisce.

λούμενον τὸν πατέρα· διότι αὐτός ἐστιν ἀγέννητος καὶ ἀναίτιος, αἴτιος δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. Ὅτι οὖν ὁ Θεὸς οὐ νοεῖ μόνον τὰ κτίσματα αὐτοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον νοεῖ καὶ γινώσκει ἑαυτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἔχει λόγον καὶ σοφίαν, δι' ἧς νοεῖ ἑαυτὸν ἰδίως, ὁμοίως οὐδὲ θέλει καὶ ἀγαπᾷ μόνον τὰ ποιήματα αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ θέλει καὶ ἀγαπᾷ ἑαυτὸν πολλῷ μᾶλλον· διὰ τοῦτο ἀϊδίως προέρχονται ἐκ τοῦ Θεοῦ ὁ Λόγος καὶ [1]) Πνεῦμα ἑαυτοῦ, καὶ ἀϊδίως εἰσὶν ἐν αὐτῷ· καὶ ταῦτα τὰ δύο μετὰ τοῦ Θεοῦ εἷς ἐστὶ Θεός.

5. Πιστεύομεν, ὅτι Θεὸς διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος τῆς ἀγαθῆς θελήσεως αὐτοῦ καὶ ἀγάπης προνοεῖται καὶ κυβερνᾷ καὶ κινεῖ πᾶσαν τὴν φύσιν [2]) ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ ἀγαθὸν, κατὰ τὴν τάξιν ἑκάστης φύσεως· καὶ διὰ τοῦτο πιστεύομεν, ὅτι, ὅτε ἠθέλησεν ὁ θεὸς διὰ μόνην τὴν ἐλεημοσύνην αὐτοῦ, ἐπιστρέψαι τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων, καὶ τῆς εἰδωλολατρείας, [3]) (διότι πλὴν τοῦ ὀλίγου τόπου τῶν Ἰουδαίων, ἐν ᾧ προσεκυνεῖτο καὶ ἐπι-

1) Cr. adj. τό. 2) Cr. πᾶσαν φύσιν αὐτοῦ. 3) Hanc parenth. non agnovit Cr. et post eam a verbo τότε incipit novam sectionem.

et caussae expers, caussa vero filii et spiritus. Quia igitur Deus non intelligit tantum creaturas suas, sed magis intelligit et novit se ipsum, et propterea habet verbum [1]) et sapientiam, per quam intelligit se ipsum proprie: similiter neque vult et diligit tantum opera sua Deus, sed vult et diligit se ipsum multo magis: ideo sempiterne progrediuntur ex Deo Verbum et Spiritus ipsius, et sempiterne sunt in ipso: atque haec duo cum Deo unus sunt Deus.

5. Credimus, quod Deus per verbum sapientiae et potentiae [2]) suae condidit mundum, et per spiritum bonae voluntatis suae et dilectionis praevidet [3]), et gubernat, et movet omnem naturam [4]) in mundo ad bonum, secundum ordinem cujusque naturae: et propter hoc credimus, quod quando voluit Deus per solam misericordiam suam convertere [5]) homines a deceptione [6]) daemonum et cultu idolorum: (quoniam, praeterquam in exiguo loco Judaeo-

1) rationem. 2) B. et sapientiam et potentiam ejus. 3) B. providet. 4) Cr. add. suam. 5) Cr. rectius convertisse, omisso *quod*. 6) B. errore.

ετο εἷς Θεὸς ἐκ τοῦ νό-
τοῦ Μωσέως, [1]) ἡ [2])
πᾶσα οἰκουμένη ἐσεβά-
τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ [3])
ῖς, καὶ πολλοὺς θεοὺς
μὴ ὄντας ἀντὶ τοῦ ἑνὸς
ἀληθινοῦ· καὶ ἐπολι-
ντο κατὰ τὰς ἰδιὰς ἑκα-
[4]) ἐπιθυμίας, καὶ οὐ
τινα [5]) Θεοῦ νόμον)·
ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν
ἵτην ἀνάπλασιν τῶν ἀν-
των διὰ τοῦ Λόγου καὶ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος
ῦ· καὶ διὰ τουτο Λό-
τοῦ Θεοῦ ἐνεδύθη τὴν
ωπείαν φύσιν, ἵνα ὡς
ἄνθρωπος ὁμιλήσῃ ἀν-
τοις, ὡς δὲ λόγος τοῦ
καὶ σοφία διδάξῃ
ἀνθρώπους πιστεύειν
ὸν ἕνα [6]) καὶ ἀληθῆ
καὶ πολιτεύεσθαι κα-
ν νόμον, ὃν αὐτὸς ἔδω-
καὶ πάλιν ὡς μὲν ἄν-
τος, ἵνα δῷ τὴν πολι-
αὐτοῦ παράδειγμα
διδασκαλίας αὐτοῦ·
τος γὰρ αὐτὸς ἐτήρη-
) τὸν νόμον, ὃν ἔδωκεν
ἀνθρώποις· ὡς δὲ λό-
τοῦ Θεοῦ καὶ δύναμις
θῇ κατορθῶσαι τὸ παγ-
ὸν ἀγαθὸν, ὅπερ ἐβού-
Διότι ἦν ἀδύνατον,
ἀνθρώπου δυνάμει ἐ-
ψέψαι τὴν οἰκουμένην
τὸν [8]) Θεόν· καὶ οὕτως

rum, in quo adorabatur et credebatur unus Deus ex lege Mosis, reliquus universus terrarum orbis venerabatur creaturas male [1]), et multos Deos, qui tamen nulli sunt, loco unius et veri, et vitam [2]) degebant secundum proprias cujusque cupiditates et non secundum Dei legem); tunc [3]) fecit Deus hujusmodi instaurationem [4]) hominum per Verbum, et per sanctum Spiritum suum: et propterea verbum Dei induit humanam naturam, ut tanquam homo cum hominibus versaretur, tanquam vero verbum Dei et sapientia doceret homines credere in unum et verum Deum, et vitam instituere secundum legem, quam ipse dedit; atque iterum ut homo, ut daret suae vitae rationem [5]), exemplum doctrinae suae; primus enim ipse servavit legem, quam dedit hominibus: rursus ut verbum Dei et potentia possit instaurare [6]) pulcherrimum bonum, quod vellet. Siquidem fieri non poterat, ut unius hominis potentia orbis terrarum converte-

---

ωὐσέως. Cr. 2) Cr. adj. δὲ; 3) Cr. omis. 4) Cr. ἕκαστοι. τοῦ adj. 6) Cr. in textu vertit vero: unum et verum ut B. 7) Cr. ἐτήρησε. 8) Cr. πρὸς τελὸς τὸν Θεόν; an πρὸς τέλος τοῦ Θεοῦ?

1) Cr. om. etiam B. 2) B. conversabatur unusquisque propria et voluntate. 3) Hinc incipit B. c. VI. 4) B. praeparationem. 5) B. politiam exemplo. 6) B. induere universale bonum in toto orbe.

Θεός ἐστιν; διότι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Θεῷ συμβεβηκός· καὶ διὰ τοῦτο τὸν νοητὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Θεὸν ὀνομάζομεν καὶ πιστεύομεν· καὶ διότι οὗτος ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἦν ἐν τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦτο τὸν Χριστὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν, ἄνθρωπον μέν, διὰ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, Θεὸν δέ, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ λόγον τοῦ Θεοῦ.

8. *Πιστεύομεν, ὅτι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστὶν* [1]) *ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν* [2]) *τῷ πατρί· διότι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἄπειρος, ὥσπερ καὶ Θεός ἐστιν ἄπειρος ὁ γεννῶν αὐτόν, ἤγουν νοῶν, καὶ ἄπειρον δύναμιν ἔχει, πλὴν ἐν τῷ Θεῷ κατ' ἄλλον τρόπον* [3]) *καὶ ἐν τῷ Χριστῷ κατ' ἄλλον, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ κατ'* [4]) *ἄλλον.*

9. *Πιστεύομεν, ὅτι, ὅταν ὁ Θεὸς κοινωνεῖ* [5]) *τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ τῆς χάριτος κτίσματί τινι, οὐδαμῶς ζημιοῦται, ἀλλὰ μᾶλλον μεγαλύνεται· διότι ἐκ τῆς ἀρετῆς τῶν κτισμάτων τὸ ὕψος τοῦ Θεοῦ φανεροῦται· καὶ ὅσῳ μᾶλλον βελτιοῦται τὸ κτίσμα τῇ πλειόνι κοινωνίᾳ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, τοσοῦτον πλέον ἡ*

1) Cr. cum B. *ἦν*, vertens: fuisse. 2) Cr. omisit cum B; vertens: Deo patre. 3) Cr. et B. adj. *ἦν* vertentes: *erat*, et *se-habebat*. 4) Cr. *κατά*. 5) Cr. *κοίνωνῇ*.

non est in Deo accidens: ac propterea intelligibile verbum Dei Deum nominamus et credimus: et quia hoc verbum Dei erat in Christo, propterea Christum Deum et hominem confitemur: hominem, propter animam et corpus, Deum, propter verbum, quod in ipso [1]) est, Dei.

8. Credimus, quod verbum Dei est [2]) in Christo, et in mundo, et in coelo, et in Deo, et in patre: idcirco [3]) verbum Dei est infinitum, quemadmodum et Deus est infinitus, generans ipsum, hoc est, cogitans, et [4]) infinitam potentiam habet, verum in Deo secundum alium modum, et in mundo secundum alium.

9. Credimus, quod cum Deus communicat bonitatem suam et gratiam creaturae alicui, nequaquam ipsi decedit, sed magis magnificatur [5]): quoniam ex virtute creaturarum excelsitas Dei manifestatur: et quando praestantior [6]) efficitur creatura, majore communicatione bo-

1) B. quod erat in eo· 2) B. erat. 3) B. et in Deo patre; quia. 4) B. qui generavit illud, et habet invicem potentiam. 5) B. manifestatur. 6) B. magis melioratur.

;[1]) Θεοῦ, καὶ ἡ ἀ-
τοὺς ἀνθρώπους,[2])
ύναμις δείκνυται.
ο ἡ ἀγαθότης τοῦ
αὶ ἡ ἀγάπη εἰς τοὺς
υς πλέον ἐμεγα-
lκ τοῦ ἐλθεῖν αὐ-
ὸν μετὰ πάσης αὐ-
ἱμεως εἰς τὸν Ἰη-
τι ἔπεμπεν εἰς τοὺς
'ς αὐτοῦ μίαν χά-
ν, καὶ εἰς ἄλλον μὲν
ν ἐλάττονα, εἰς ἄλ-
ιίζονα.

nitatis ipsius, tanto magis bonitas Dei et dilectio [1]) erga homines et potentia ostenditur. Quapropter bonitas Dei et dilectio erga homines magis [2]) magnificata est ex eo, quod ipse Deus cum omnipotentia sua in Jesum Christum venit, quam quod misit in Prophetas unam suam gratiam aut duas [3]), atque in alium Prophetam minorem, in alium majorem.

στεύομεν, ὅτι Χρι-
ιυρώθη καὶ ἀπέθα-
ἰῳ θελήματι, διὰ
καὶ μεγάλας ὠφε-
ομένας πολλῶν λό-
ὶ πάντα ταῦτα κα
ἀνθρώπινον αὐτοῦ
ιτο [5]). Ὁ γὰρ Λόγος
ὶ οὔτε σταυροῦται,
ιθνήσκει, οὔτε ἀνί-
ἀλλὰ μᾶλλον ἀνί-
' αὐτοὺς [7]) τοὺς νε-
ςπερ καὶ [8]) ἀνέστη-
ἡν σάρκα, ἣν ἐφό-

10. Credimus, quod Christus crucifixus et mortuus est propria voluntate, propter multas et magnas utilitates, ad quas explicandas multis verbis opus foret: atque omnia haec secundum id [4]), quod humanum in eo erat, sustinuit. Namque verbum Dei neque crucifigitur, neque moritur, neque resurgit: quin imo excitat ipsos mortuos, quemadmodum et excitavit carnem, quam gestabat.

ιστεύομεν, ὅτι Χρι-
ιστὰς ἀνελήφθη εἰς
ρανοὺς, καὶ πάλιν

11. Credimus, quod Christus, quum resurrexisset, assumptus fuit in coelos [5]), et

---

ιdj. τοῦ. 2) Cr. omisit
) Cr. adj. καὶ ἡ δύναμις,
potentia. 4) Cr. adj. τὸν
Θεοῦ καὶ, vertens: ipse
ι, qui Deus est. Simili-
Omis. Cr. et B. 6) Sic
Sed Cr. ἀνέστησεν. 7)
· vert.: ipse alios. 8)

1) B. omisit et — hom. 2) B. magnificatur propter adventum verbi Dei et Deum, cum omnipotentia ejus in Iesu, quam quando mittebat Deus ad prophetas etc. 3) Cr. alteram. 4) B. secundum humanitatem. 5) B. resurgens coelos ascendit.

νων πολλῶν· καὶ οὐ μόνον ἰδιῶται [1]) ἀλλὰ καὶ οἱ φρόνιμοι καὶ οἱ σοφοί· καὶ διὰ τοῦτο κατελύθη τελείως ἡ πλάνη τῶν δαιμόνων.

17. Ὅτι ἡ πίστις αὕτη οὐδὲν περιέχει ἀδύνατον, οὔτε ἀσύμφωνον, οὔτε [2]) σωματικὸν, ἀλλὰ πάντα πνευματικά· καί ἐστιν ὁδὸς φέρουσα τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς μελλούσης αἰωνίου ζωῆς.

18. Ὅτι ὅσοι ἔλαβον ταύτην τὴν πίστιν, καὶ ἐπολιτεύσαντο ἐναρέτως, κατὰ τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, [3]) ἔλαβον μεγάλα χαρίσματα ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ δυνάμεις ἐποίησαν πολλάς· [4]) ὅπερ οὐκ ἂν ἦν, εἰ ἡ πίστις αὕτη ἦν ψευδής. [5])

19. Ὅτι ὅσα λέγουσί τινες κατὰ τῆς πίστεως ταύτης, εὐκόλως λύειν δυνάμεθα, καὶ εὐλόγως καὶ καθαρῶς. [6])

que multis periculis: n
solum privati, sed etiam
dentes et sapientes: ac
pterea eversa est per
deceptio daemonum.

17. Quia fides haec
continet impossibile, n
minus sibi inter se congr
neque corporale, sed o
spiritualia: et est via d
animas hominum in dil
nem Dei et futurae a
nae vitae.

18. Quia quotquot acc
runt hanc fidem, et
egerunt cum virtute s
dum legem [1]) Christi,
perunt magna dona a
et virtutes [2]) fecerunt
tas: quod non eveniss
haec fides esset falsa.

19. Quia quaecunqu
cunt aliqui adversus
hanc, facile solvere p
mus, et cum bona ratio
liquido [3]).

---

1) Cr. et B. adjec. καὶ ἀμαθεῖς. 2) Cr. οὐδὲ — οὐδὲ. 3) Cr. et B. τὸν Ἰησοῦ νόμον. 4) Cr. et B. adj.: ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ. 5) Cr. et B. pro ψευδὴς: ἐναντία τῇ ἀληθείᾳ, vertentes: si veritati haec fides adversaretur. 6) Cr. δυνάμεθα λύειν εὐκόλως καὶ εὐλόγως.

1) B. Jesu legem et instit
magnis donis a Deo ornati f
rum credunt. Septimo, qui plus in propria prudentia et circumspectione sua nituntur, quam in gratia atque providentia Dei, aut in sapientia et ingenio suo, aut in viribus et fortitudine sua, aut etiam in numero opibusque ac dignatione suorum amicorum. Octavo, qui semet ipsos, qui bona temporaria resque alias plus quam Deum ipsum adamant. Brevi complectar: contra hoc praeceptum peccat, quisquis praeter Deum verum aliud quidpiam, quocunque tandem modo, pro numine suo attollit, in illoque spem et fiduciam suam omnem reponit.

Ἐρώτησις νβ΄.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν διὰ τὴν ἐπίκλησιν τῶν ἁγίων; ἐπειδὴ ὁ τόπος οὗτος φαίνεται ἰδιαίτερος νὰ θεωρηθῇ τὸ πρᾶγμα τοῦτο;

Ἀπ. Ἐπικαλούμεθα τὴν μεσιτείαν τῶν ἁγίων πρὸς τὸν Θεὸν, διὰ νὰ[2]) παρακαλοῦσι δι' ἡμᾶς. Καὶ ἐπικαλούμεθα αὐτοὺς, ὄχι ὡς θεούς τινὰς, ἀλλ' ὡς φίλους αὐτοῦ, τοῦ ὁποίου δουλεύουσι καὶ τὸν ὁποῖον δοξο-

Quaestio LII.

Quid igitur sentiendum nobis de invocatione sanctorum? nam hic locus inprimis ad rei illius tractationem idoneus esse videtur.

Resp. Ideo sanctorum ad Deum intercessionem nos imploramus, ut precibus suis apud ipsum caussam nostram tueantur; neutiquam illos vero velut Deos quosdam invocamus; sed ut amicos Dei, cui serviunt, quem hymnis

---

1) Margo legit ἀνδρείαν τοὺς ἢ καί. qua mutatione non opus est, dum comma post τους deleamus et differamus usque ad ἀνδρείαν: *in viribus suis et fortitudine, et in multitudine amicorum.* 2) Marg. addit τὸν, quod ex connexione facile potest mente addi. Redde ut Frischius: *dass sie für uns bitten.*

σι καὶ λατρεύουσι. χρειαζόμεθα τὴν βοήτους, ὄχι ὡς ἂν νὰ βοηθοῦσαν ἐκεῖνοι ἀπὸ δικήν τους δύναμιν· ατὶ ζητοῦσιν εἰς ἡμᾶς άριν τοῦ Θεοῦ μὲ ταῖς είαις τους· διατὶ ἂν καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ ιδάσκει, νὰ ζητοῦμεν οὺς ἔτι ζῶντας ἁγίους ίας καὶ προσευχὰς τὸν Θεὸν, ὡς ἔκαμεν ίστολος Παῦλος, ὅταν ιέ. λ΄.) ἔλεγεν· παραδὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ οῦ καὶ διὰ τῆς ἀγάοῦ Πνεύματος, συναασθαί μοι ἐν ταῖς υχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Θεόν. Καὶ ἀλλαχοῦ ορ. ά. ί.)· εἰς ὃν ἠλπί-, ὅτι καὶ ῥύσεται, συνγούντων καὶ ὑμῶν ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα λῶν προσώπων τὸ εἰς χάρισμα διὰ πολλῶν ιστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. άλιν διὰ ἄλλους αὐτὸς κάλει τὸν Θεὸν, ὡς ρεῖ ὁ αὐτὸς (Φιλιππ. λέγων· πάντοτε ἐν δεήσει μου ὑπὲρ πάνμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν ποιούμενος. Ἀπὸ ταῖς ς μαρτυρίαις τοῦτα ο πράγματα γνωρί-. Πρῶτον πῶς οἱ ἅγι-

suis concelebrant ac adorant; suntque profecto illorum nobis necessaria auxilia, non quo propriis viribus suis nobis opem ferant; sed quod interventu suo Dei nobis gratiam impetrent. Quippe similiter item nos sacra Scriptura docet, ut a sanctis adhuc nobiscum viventibus intercessiones precesque ad Deum fieri petamus, quemadmodum Paulus ipse Apostolus fecit (Rom. XV, 30.): Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum et per caritatem Spiritus, ut certantem me adjuvetis in orationibus pro me ad Deum. Et alibi (2 Cor. I, 10.): In quo spem fixam habemus, quod etiam posthac [1]) eripiet nos; simul auxiliantibus et vobis vestra pro nobis deprecatione, ut donum a multis personis in nos collatum, gratiarum actione pro nobis, item per multos celebretur. Rursus et ipse pro aliis Deum rogitabat, quemadmodum ipsemet testificatur (Philipp. I, 4.): Semper in omni oratione mea pro vobis omnibus cum gaudio deprecans. Cujusmodi ex testimoniis haec duo cognoscuntur. Unum, quod sancti adhuc lucis hujus usura fruen-

nterpres tenet lectionem ἔτι, quem in textu desidero. Eadem N. T. diversitas. Cfr. p. 278. Fuit illa part. omissio grae-. propria, ut ex Chrys. et Damasc. elucet. Quid Slavic. edit. it, ex Frischio non licet conjici. Is enim locos Script. e descripsit.

οι ζῶντες ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ζητοῦσιν ἀπὸ ἄλλους προσευχὰς καὶ μεσιτείας πρὸς τὸν Θεόν. Δεύτερον, πῶς προσεύχονται δι' ἀλλήλους καὶ μεσιτεύουσιν, ὄχι μόνον μερικῶς καὶ ἰδίως, ἀλλὰ καὶ κοινῶς παῤῥησίᾳ, καθὼς βεβαιώνει ἡ Γραφὴ (Πράξ. ιβ'. ε') λέγουσα· ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ, προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ. Λοιπὸν τόσῳ μάλιστα μετὰ θάνατον οἱ αὐτοὶ ἅγιοι ὑπὲρ ἡμῶν παρακαλοῦσι τὸν Θεὸν, ἔσωντας καὶ νὰ μὴν ἔχουσι πρὸς τοῦτο κἂν ἕνα ἐμπόδιον. Καὶ ἂν ζητοῦσιν ἐκδίκησιν κατὰ τῶν ἀσεβῶν, ὡς ἡ Γραφὴ (Ἀποκ. ς'. θ'.) λέγει· εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν, ἣν εἶχον. Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· ἕως πότε, ὁ Δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς, οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς; Πλέον περισσότερον θέλουσι παρακαλεῖν διὰ τοὺς ἀδελφοὺς τους, μάλιστα δι' ἐκείνους, ὁποῦ χρειάζουνται τὴν βοήθειάν τους ἔμπροσθεν εἰς τὸν Θεόν· ὡς ἡ Γραφὴ διδάσκει (Ἀποκ. ιά. ις'.) λέγουσα· καὶ οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους

tes ab aliis preces intercessionesque sua caussa ad Deum fieri petunt. Alterum, quod iidem invicem pro aliis orant ac intercedunt; non solum sigillatim ac privatim, sed communiter etiam et aperte, sicut testatur Scriptura (Act. XII, 5.): Et Petrus quidem in carcere servabatur, oratio autem sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro ea fiebat. Proinde tanto magis ab excessu suo sancti precibus suis Deum nobis conciliant, quoniam nulla prorsus re ab hoc officio praestando impediuntur. Porro si ultionem impiorum sancti postulant, teste Scriptura (Apoc. VI, 9.): Vidi subter altare animas interfectorum propter verbum Dei et propter testimonium, quod perhibebant; et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine sancte et verax, non judicas ac vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Utique multo magis Deo pro militantibus fratribus suis iisque praesertim, qui opis eorum intercessionisque indigi sunt, supplicabunt, docente Scriptura (Apoc. XI, 16.): Et viginti quattuor seniores, qui in conspectu Dei in sedibus suis consident, procidebant

ὢν [1]) ἔπεσαν ἐπὶ τὰ πρό-
ι αὐτῶν [1]), καὶ προσε-
σαν τῷ Θεῷ, λέγοντες·
ριστοῦμέν σοι, Κύριε
ὃς ὁ παντοκράτωρ· καὶ
ιτέρω (ςίχῳ ιή.)· δοῦ-
ὸν μισθὸν τοῖς δούλοις
:οῖς προφήταις καὶ τοῖς
ις καὶ τοῖς φοβουμένοις
'ομά σου τοῖς μικροῖς
'οῖς μεγάλοις.

ὰ θέλει εἰπεῖν τινάς·
νοι δὲν ἠξεύρου-
οὔτε γροικοῦσι
προσευχάς μας.
'ὸν ἀποκρινόμεθα, πῶς
καὶ ἐκεῖνοι ἀφ' ἑαυτοῦ
δὲν ἐξεύρουσιν οὔτε
ουσι τὰς ἡμετέρας δεή-
μὲ ὅλον τοῦτο κατὰ
άλυψιν καὶ θείαν χά-
όποῦ τοὺς ἐχάρισεν ὁ
πλουσίως, καὶ γνωρί-
ι καὶ ἀκούουσι· ὡς καὶ
ισαῖος ἐγνώρισεν (δ'.
έ.κς'.) ἐκεῖνο, ὁποῦ ἐκα-
ς δοῦλος του εἰς τὴν
Ἀκόμι ὅλοι οἱ ἅγιοι
ίζουσι καὶ ἀκούουσι
ρείας τῶν ἐπικαλουμέ-
ύτοὺς [2]) ἐκ θείας ἀπο-
ψεως. Ἀκόμι τοὺς ἀγ-
ις ἐπικαλούμεθα, νὰ
εύουσι μὲ ταῖς προσ-
ιις τους ὑπὲρ ἡμῶν
τὸν Θεόν· διατὶ ἐκεῖ-
ροσφέρουσιν εἰς τὴν
εοῦ μεγαλειότητα τὰς
υχὰς καὶ ἐλεημοσύνας

in facies suas et adorabant Deum, dicentes: Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens. Et mox (v. 18.): Et tempus reddendi mercedem servis tuis, Prophetis et sanctis et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis.

Verumenimvero dixerit quispiam: Sancti non cognoscunt aut intelligunt preces nostras. Cui respondemus, quod tametsi ab semet ipsis preces nostras nec cognoscant nec audiant; ex patefactione tamen gratiaque divina, qua eos Deus large atque copiose beavit, illas et intelligunt et audiunt; quemadmodum et Elisaeus intelligebat, quid in via famulus illius fecisset (2 Reg. V, 26.). Eodem pariter modo sancti omnes cognoscunt et audiunt necessitates se compellantium, divino videlicet indicio. Porro et Angelos obtestamur, ut patrociniis suis nobis apud Deum adsint, ea re, quod illi preces hominum caritatisque officia et cetera bona opera divinae majestati repraesentant. Atqui a morte

---

N. T. textus constans: *αὐτῶν*. Cfr. pag. 208. 2) Vulg. *αὐ-*
ılui ferre, quum non de invocatione ab aliis pro aliis facta sermo
d potius de quacunque precatione, qua quisque *illos* (*αὐτοὺς*)
. Consentit Frischius: *die sie anrufen.*

καὶ πάντα τὰ καλὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Οἱ δὲ ἅγιοι μετὰ θάνατον εἶναι ὥσπερ ἄγγελοι, καὶ ἠμποροῦσι τότε νὰ ἠξεύρουσι ταῖς χρείαις μας, καὶ νὰ ὑπακούουσι ταῖς προσευχαῖς μας· καὶ νὰ μεσιτεύουσιν ὑπὲρ ἡμῶν. Ἀπὸ τὸ ὁποῖον γίνεται φανερὸν, πῶς ἡμεῖς δὲν ἐναντιούμεθα εἰς τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, μὲ τὸ νὰ παρακαλοῦμεν τοὺς ἁγίους· οἱ ὁποῖοι ἅγιοι, ὡς πιστοὶ δοῦλοι παρεστῶτες εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ μεγαλοπρέπειαν, μεσιτεύουσι δι' ἡμᾶς πρὸς τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Μάλιστα ἂν καταφρονήσωμεν τὴν μεσιτείαν τῶν ἁγίων παροξύνομεν τὰ μέγιστα τὴν θείαν μεγαλειότητα, δὲν τιμῶντες τοὺς εἰλικρινῶς δουλεύσαντας αὐτῇ.

Τελειώνοντες τὴν διδασκαλίαν τῆς ἐντολῆς ταύτης παραγγέλλομεν εἰς κάθα ὀρθόδοξον Χριστιανὸν νὰ ἠξεύρῃ τοῦτα τὰ δύο πράγματα. Πρῶτον πῶς μὲ τὰ παρακαλέματα, ὁποῦ κάνομεν εἰς τοὺς ἁγίους, δὲν τζακίζεται οὔτε χαλᾶται ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐξουσία τῆς ἐντολῆς τῆς δεκαλόγου [1])· μήτε ἐναντιούμεθα εἰς τὴν ἔννοιάν της· διατὶ ἡ τιμὴ, ὁποῦ δίδεται εἰς τοὺς ἁγίους, ἀναφέρεται διαβαίνουσα πρὸς τὴν μεγαλειότητα τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸν ὁποῖον εὐ-

sancti instar Angelorum sunt, adeoque tunc et necessitates nostras nosse et audire preces et advocationem suam nobis commodare possunt. Unde manifestum evadit, minime nos contra hoc praeceptum Dei venire, quando sanctis preces nostras allegamus, qui sane, ut fideles servi divinae majestati perpetuo apparentes, uni illi vero Deo salutem nostram supplices commendant. Immo vero e contrario, si Sanctorum opem et operam adspernamur, divinam majestatem vehementer offendimus, quippe qui nullo honore eos prosequimur, qui ipsi integerrime sanctissimeque servierunt.

Jam igitur absoluta hujus praecepti doctrina, Christiano cuivis haec duo recte cognoscenda tradimus. Primo, quod nostris ad sanctos precibus Decalogici hujus praecepti vim auctoritatemque nulla in re frangimus aut laxamus nec sententiae illius adversamur; quando qui sanctis tribuitur honos, per transitionem ad majestatem Dei ipsius refertur, cui per fidem vitamque omnibus

1) Removi lect. vulg. δεκ., quum supra et post et infra q. 55 et sic apud omnes posteriores, ille numerus ejusque composita lit. δ retineat.

ησαν οἱ ἅγιοι μὲ τὴν
' καὶ μὲ τὴν ζωὴν τὴν
τον, ὁποῦ ἔζησαν. Δι-
λοιπὸν τιμῶμεν τοὺς
'ς τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν
ιὴν τὴν (Ψαλ. ρλθ'. [1])
.έγουσαν· ἐμοὶ δὲ λίαν
θησαν οἱ φίλοι σου ὁ
Καὶ τὴν βοήθειαν τὴν
οῦ δι' αὐτῶν ἐξαιτοῦ-
ῶς ὁ Θεὸς ἐπρόσταξε
φίλους τοῦ Ἰὼβ, νὰ
υσι τὸν πιστόν (Ἰωβ.
.) του θεράποντα αὐ-
ὸν Ἰὼβ, νὰ προσφέρῃ
ν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ
ρακαλέσῃ δι' αὐτοὺς,
τῶν ἀφήσῃ τὴν ἁμαρ-
ιὰ τὸ πρόσωπον ἐκεί-
Δεύτερον, πῶς ἡ ἐντο-
τη ἐμποδίζει τοὺς ἀν-
υς, νὰ μὴ λατρεύουσι
τίσιν μὲ προσκύνησιν
ε ί α ς. Καὶ ἡμεῖς τοὺς
ς τοῦ Θεοῦ δὲν τοὺς
εν λατρευτικῶς, μὰ
τικαλούμεθα ὡς ἀδελ-
υας καὶ φίλους Θεοῦ,
ι ζητήσουσι τὴν θείαν
αν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀδελ-
των· καὶ νὰ μεσιτεύ-
ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς Κύ-
τὸ ὁποῖον δὲν εἶναι
ον εἰς τὴν ἐντολὴν
καλόγου. Διατὶ κα-
ἱ Ἰσραηλῖται δὲν ἐ-
ασι, παρακαλοῦντες
ωϋσῆν, νὰ μεσιτεύσῃ
τοὺς πρὸς τὸν Θεόν·
ς λογῆς μήτε ἡμεῖς
άνομεν, ἐπικαλούμε-
ιν τῶν ἁγίων βοή-
καὶ ἔντευξιν.

virtutibus excultam, quam vixerant, grati acceptique sancti fuerunt. Jure igitur et merito sanctos Dei honoramus, docente ipsa Scriptura (Ps. CXXXIX, 17.): Mihi vero valde honorati sunt amici tui Deus. Per illosque a Deo auxilium et gratiam impetramus, quemadmodum Deus ipse amicos Jobi fidelem illum servum suum adducere jussit (cap. XLII, 8.), qui pro illis sacra faceret oraretque: ut ipsius caussa suum illis delictum condonaret. Secundo, quod hoc praeceptum rem ullam creatam adoratione ea, quam **Latriam** dicimus, adorari vetat. Atqui nos sanctos Dei haudquaquam sanctissimo illo latriae honore colimus, sed ut fratres nostros Deique amicos modeste invocamus, ut divinum auxilium nobis, fratribus suis, exorent: utque sequestres pro nobis ad Dominum agant, quod huic decalogi praecepto nihil quidquam repugnat. Quippe quemadmodum non peccabant Israëlitae, dum Mosem compellabant, ut pro ipsis apud Deum interveniret: sic neque nos peccamus, quum sanctorum auxilia atque intercessiones rogitamus.

Norm. ρλη.

Ἐρώτησις νγʹ.

Ποία εἶναι ἡ δευτέρα ἐντολή;

Ἀπ. Οὐ ποιήσεις (Ἐξ. κʹ. δʹ.) σεαυτῷ εἴδωλον οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς· οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς.

Quaestio LI[I]

Quodnam secundum e[...] ceptum?

Resp. (Exod. [...] Non facies tibi [...] lacrum nec rei [...] imaginem, sive [...] supra in coelo [...] sive quae infra i[...] ra, sive quae in [...] sub terra. Non [...] rabis eas nec [...] eas.

Ἐρώτησις νδʹ.

Πῶς πρέπει νὰ νοοῦμεν τὴν ἐντολὴν ταύτην;

Ἀπ. Ἡ ἐντολὴ αὕτη εἶναι ξεχωρισμένη ἀπὸ τὴν πρώτην· διατὶ ἐκείνη ὁμιλεῖ διὰ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ὁποῦ εἶναι ἕνας, ἀπαγορεύουσα καὶ αἴρουσα[1]) ἐκ μέσου τὸ πλῆθος τῶν θεῶν. Ἡ δὲ παροῦσα διαλαμβάνει διὰ κάποιαις ἐξωτερικαῖς τελεσιουργίαις· ἤγουν πῶς ἔξω ὁποῦ δὲν πρέπει νὰ τιμῶμεν τοὺς ψεύτικους θεοὺς, χρεωστοῦμεν ἀκόμι νὰ μὴν κάμωμεν κἂν ἕνα γλυπτὸν εἰς τιμὴν ἐκείνων, μήτε λατρευτικῶς νὰ τὰ προσκυνοῦμεν, μήτε θυσίας εἰς αὐτὰ λατρείας νὰ προσφέρωμεν. Διὰ τοῦτο κατὰ τῆς ἐντολῆς ταύτης ἁμαρτάνουσιν ἐκεῖνοι, ὁποῦ προσκυνοῦσιν ὡς θεοὺς τὰ εἴδωλα, καὶ θυ-

Quaestio LIV

Quomodo intelligend[...] hoc praeceptum[...]

Resp. Praecept[...] separatum et diversu[...] a primo. Id enim d[...] eodemque unico Deo vetatque et e medio vanam Deorum pluri[...] bam. At praesens d[...] busdam externis sac[...] caerimoniis tractat. S[...] praeter id, quod null[...] nore falsos Deos d[...] debemus, nullum eti[...] mulacrum sculptile il[...] honori dedicare nos d[...] neque idola religiose [...] rari, neque sacrificia [...] cultu illis facere. P[...] adversus hoc praecepta[...] linquunt, qui idola ut [...] na adorant, eisque vi[...]

---

1) Male in editt. *αἶρουσα*, quod jam accentus arguit. Ne[...] *ρεῖν* dicitur, ut sit *auferre aliquem*, sed *αἴρειν*, certe apud p[...] res, qui nescio an Romanorum dicendi rationem sint imitati. In[...] exstat vox Luc. XXIII. 18. absolute, additis *ἐκ μέσου* 1 Cor. Simillima invenit Frischius, interpretatus: *räumet beyseit.*

ς αὐτὰ προσφέρουσι, ιον τους τὸ θάῤῥος ιν ἐλπίδα εἰς αὐτὰ ισι· καθὼς ὁ Ψαλμο- (Ψαλ. ρλδ'. ιέ) μαρ- λέγων· τὰ εἴδωλα τῶν ἀργύριον καὶ χρυ- ἔργα χειρῶν ἀνθρώ- ςτόμα ἔχουσι, καὶ οὐ ιυσιν, ὀφθαλμοὺς , καὶ οὐκ ὄψονται, 'οὖσι, καὶ οὐκ ἐνωτι- 'ται· οὐδὲ γάρ ἐστι ι ἐν τῷ στόματι αὐ- ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιν- τοιοῦντες αὐτὰ, καὶ οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐ- 'κόμι εἰς τὴν ἐντολὴν · ἁμαρτάνουσιν, ὅσοι ἰς τὴν πλεονεξίαν δε- ι, διὰ τοὺς ὁποίους '. ε.) λέγει ἡ ἁγία ι οὕτω· νεκρώσατε μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ ·· πορνείαν, ἀκαθαρ- 'άθος, ἐπιθυμίαν κα- ιαὶ τὴν πλεονεξίαν, ἐστὶν εἰδωλολατρεία. ς καὶ οἱ λαίμαργοι, ις ὁποίους ἡ Γραφὴ π. γ'. ιθ.) λέγει· ὧν ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ισχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ·φρονοῦντες. Εἰς τὴν ιαν ἐντολὴν ἀκόμι ιυσι καὶ ὅσοι μετέρ- τὰς ἐπῳδὰς καὶ γοη- ιαὶ ἐκεῖνοι ὅπου κρα- θέβαια καὶ ἀληθινὰ κὰ καὶ τὴν εἱμαρμέ- καὶ παρατηροῦσι ἰωνούς· τὰς χειρε-

immolant, spemque omnem suam et fiduciam in iis collocant, teste Psalmographo (Ps. CXXXV, 5.): Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum sunt: os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt: aures habent, et non audient non enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant; qui faciunt ea; et omnes, qui confidunt in iis. Etiam illi hoc praeceptum transgrediuntur, qui avaritiae dediti sunt, de quibus ita loquitur Scriptura (Col. III, 5.): Mortificate igitur membra vestra terrestria, scortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem pravam et avaritiam, quae est idololatria. Pariter et gurgites atque heluones, de quibus ita Scriptura (Philipp. III, 19.): Quorum Deus venter est, et gloria ignominia illorum, qui terrestria sapiunt. Tum et illi in hoc praeceptum peccant, qui incantationibus et praestigiis utuntur, qui fortunae ac fato indubiam fidem veritatemque tribuunt, qui auguria et omina observant, qui ex lineamentis manuum, ex umbris manibusque orco evocatis, ex pelvibus aliisque hujusmodi hariolantur; qui homines natos in oviculas aliasque brutas animantes suis veneficiis immutant; qui

---

'ulg. ἤ τίς ἐστιν. 2) Vulg. εἰμ.

μαντείας, νεκρομαντείας, λοκανομαντείας, καὶ τὰ ὅμοια· ἀποδέχνουσιν ἀνθρώπους πρόβατα, ἢ καὶ ἄλλα ζῶα. Καὶ ὅσοι βαστοῦσι φυλακτά· καὶ βάλλουσι τρίγυρά τους ἢ βαστοῦσι γράμματα· καὶ πιστεύουσιν εἰς αὐτὰ, ἢ εἰς λόγια μαντικὰ, ἢ εἰς χαρακτῆρας γεγραμμένους εἰς αὐτά. Καὶ ὅταν τὰ βλέπουσιν ἢ προσεύχονται εἰς αὐτὰ ἢ τὰ περικυκλοῦσι τρίγυρά τους, πιστεύοντες πῶς μετ' αὐτὰ δὲν ἠμποροῦν νὰ καυθοῦσιν ἢ νὰ πνιγοῦσιν ἢ νὰ πληγωθοῦσι· καὶ ἐκεῖνοι ὁποῦ μεταχειρίζουνται δέματα καὶ βοηθήματα, τὰ ὁποῖα καὶ ἡ ἰατρικὴ κατακρίνει, ἢ εἰς λόγια ἢ εἰς χαρακτῆρας ἢ εἰς ὅσα πράγματα κρεμοῦσιν ἢ δένουσιν, ἢ λύουσιν· ὡς ἂν εἰς τὰ ὠτία ἢ καὶ δακτυλίδια εἰς τὰ δάκτυλα· καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

amuleta malis averr gestant, qui pittaci dulasque circumsec circumdant aut gest que fidunt; sive eti culis ac vaticinationil characteribus iis in in quae pittacia intu aut preculas quasda ea mussitantibus, au circum sese rotantib suasissimum est, ni tantisper dum ea sunt, a flammis a aut ferro ac telo noc se: qui alligaturas que, et cetera nefari dia, ab ipsa meden damnata, usurpant, s dem in carminibus sita sint, sive in cha bus, sive rebus aliis suspendunt, nexant, Uti sunt, inaures in lis; aut annulli in aut alia his similia.

Ἐρώτησις νε.

Τί πρέπει νὰ γροικοῦμεν διὰ ταῖς εἰκόνες, τὰς ὁποίας προσκυνᾷ καὶ τιμᾷ ἡ ὀρθόδοξος ἐκκλησία;

Ἀπ. Μεγάλη διαφορὰ εἶναι ἀνάμεσον τῶν εἰδώλων καὶ τῶν εἰκόνων· διατὶ τὰ εἴδωλα εἶναι πλάσματα καὶ εὑρήματα τῶν ἀνθρώπων· καθὼς μαρτυρεῖ λέγων (ά. Κορ. ή. δ'.) ὁ Ἀπόστολος· οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. Μὰ ἡ εἰκὼν εἶναι παράστασις, ὁποῦ παριστάνει πρᾶγμα ἀληθινόν· ὁποῦ ἔχει τὴν ὕπαρξίν του εἰς τὸν κόσμον· ὡς ἡ εἰκὼν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ

Quaestio L

Quid statuendum d ginibus, quas a colit orthodoxa E

Resp. Ingens in gines et simulacra men est. Nam id simulacra sunt figm mera inventa hominum admodum testificatu stolus (1 Cor. VII Novimus nullum in idolum esse. Veru go est repraesentan hibens rem veram, in mundo exsistente luti imago Servatoris Christi et sanctae

: ἁγίας παρθένου Μα-
ὶ ὁλωνῶν τῶν ἁγίων.
ἰω ἀπὸ τοῦτο οἱ Ἕλ-
ἐπροσκυνοῦσαν ὡς
ὰ εἴδωλα, καὶ ἐδίδα-
αὐτὰ θυσίας, λογιά-
νὰ εἶναι θεοὶ τὸ χρυ-
ὶ τὸ ἀργύριον, ὡς ὁ
ιχοδονόσορ· μὰ ἡμεῖς,
ιμῶμεν τὰς εἰκόνας
ς προσκυνοῦμεν, δὲν
ινοῦμεν τὰ χρώματα
ύλα· μὰ τοὺς ἁγίους
ις, τῶν ὁποίων εἶναι
ὄνες, δοξάζομεν μὲ
ινησιν δουλείας,
ντας μὲ τὸν νοῦν μας
είνων παρουσίαν εἰς
ἀτιά μας. Οἷον ὅταν
ταυρωμένον προσκυ-
, παριστάνομεν εἰς
ἰνοιάν μας τὸν Χρι-
κρεμάμενον ἐν τῷ
ὸ διὰ τὴν ἡμετέραν
αν, εἰς τὸν ὁποῖον
εν τὰς κεφαλὰς καὶ
νατα μετὰ εὐχαρι-
ὁμοίως καὶ ὅταν
ινοῦμεν τὴν εἰκόνα
ιρθένου Μαρίας, ἀ-
ομεν μὲ τὸν νοῦν μας
τὴν τὴν ἁγιωτάτην
ν, κλίνοντες εἰς αὐ-
κεφαλὰς καὶ τὰ γό-
κηρύττοντες αὐτὴν
ἰαν ὑπὲρ πάντας ἄν-
καὶ γυναῖκας, μαζὶ
ἀρχάγγελον Γαβρι-
προσκύνησις λοιπὸν
ίων εἰκόνων, ὁποῦ
εἰς τὴν ὀρθόδοξον
ίαν, δὲν ἀθετεῖ τὴν
ν ταύτην· διατὶ δὲν
ι αὐτὴ μετ' ἐκείνην,
ροσφέρομεν εἰς τὸν
οὔτε δίδεται ἀπὸ

Mariae et omnium Sanctorum. Praeterea pagani idola Dei instar adorabant illisque hostias immolabant, existimantes aurum argentumque verum numen esse; ut Nebuchadnezar olim. Quando autem nos imagines veneramur et adoramus; non adoramus illitos tabulis colores aut ligna ipsa; sed Sanctos suis imaginibus repraesentatos, eo adorationis genere, quod Duliam appellitant, colimus: sic eorum videlicet praesentiam animo usurpantes, quasi ipsosmet oculis nostris contueremur. Verbi caussa: dum Crucifixum adoramus; tum in conspectu animi nostri Christum ipsummet in cruce salutis nostrae caussa pendentem ponimus, illique cum religiosa gratiarum actione capita ac genua submittimus. Pariter quum imaginem Virginis Mariae veneramur; tum animo nostro ad sanctissimam Deiparam adscendimus; illi caput inclinamus, illi genua flectimus, illamque cum Archangelo Gabriele virorum omnium foeminarumque beatissimam praedicamus. Patet igitur, adorationem sacrarum imaginum in orthodoxa Ecclesia receptam nihil huic praecepto derogare. Quippe quae non una eademque illi est, quam Deo

τοὺς ὀρθοδόξους εἰς τὴν τέχνην τῆς ζωγραφικῆς, ἀλλὰ εἰς τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων ἐκείνων, ὁποῦ αἱ εἰκόνες παριστάνουσι. Διατὶ καθὼς τὰ Χερουβὶμ τὰ ἐπισκιάζοντα τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἐπαριστάνασι τὰ ἀληθινὰ ἐκεῖνα Χερουβὶμ, τὰ ἐν οὐρανοῖς παρεστῶτα τῷ Θεῷ· καὶ οἱ Ἰσραηλῖται τὰ ἐπροσκυνοῦσαν καὶ ἐτιμοῦσαν τὰ [1]*, χωρὶς καθόλου νὰ παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν ταύτην τοῦ Θεοῦ· ὁμοίως καὶ, ὅταν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπροσκυνοῦσαν τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ μὲ τὴν πρεπουμένην τιμὴν τὴν ἐδεξιώνουνταν* [2]*, (β΄. Βασ. ϛ΄. ιγ΄.) δὲν ἐκάνασι κἂν μίαν ἁμαρτίαν οὔτε ἀθετοῦσαν τὴν ἐντολὴν τῆς δεκαλόγου, ἀλλὰ μάλιστα δόξαν εἰς τὸν Θεὸν ἐπροσθέτασι· τέτοιας λογῆς ἡμεῖς τιμῶντες τὰς ἁγίας εἰκόνας δὲν παραβαίνομεν τὴν ἐντολὴν τῆς δεκαλόγου, ἀλλὰ μάλιστα τὸν Θεὸν τὸν θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἁγίοις* [3]*) αὐτοῦ (Ψαλ. ξή. λέ.* [4]*)) ἀνακηρύττομεν. Μόνον τοῦτο πρέπει νὰ φροντίζωμεν, ὥστε νὰ ἔχῃ πᾶσα εἰκὼν τὴν ἐπιγραφήν της, τίνος ἁγίου νὰ εἶναι, διὰ νὰ πληρώνεται εὐκολώτερον ἡ γνώμη τοῦ προσευ-*

tribuimus: tum nequ pictoriae ab orthodox buitur; sed personis ctorum illorum, quos gines referunt. Quem dum enim Cherubim tabernaculum foederis brarunt, genuinos ipsos rubim, qui in coelo D parent, repraesentaba adumbratos tamen illos rabant Israëlitae ac v bantur; sic ut nullo hoc Dei violarent p ptum: eodem modo, Judaei tabernaculum f ris venerabantur conv tique honoris cultu e bant (2 Samuel. VI, eo nihil peccabant, hoc decalogi praecept ritum faciebant: qui tius eximia Deum glor norabant. Pari ration etiam, sacras vene imagines, decalogicum praeceptum non migr sed Deum, in sanctis admirabilem (Ps. LX 35.), maximopere coll mus. Illud modo cura nobis, ut cuique imagi addita sit inscriptio, cujus sancti imago si dicet; ut eo facilius tioni animoque adorant

---

1) Vulg. *τα*, accentu remisso. Reddidi ipsi articulo pro den posito, ne a paullo ante praegresso artic. differre videretur. (232. 2) Hac forma, qui notas marg. scripsit, ita offensus adscriberet: *ἐδεξιωνούντην*, quod quid sibi velit, non possum tare. Puto aut in Vulg. acquiescendum esse, quum quam frequ sint verba in — *ωνω* supra dictum sit, quorum s. perf. s. aor. *ώνοντα* possit exire, aut esse legendum *ἐδεξιωνοῦσαν*. LXX edit. *ὁσίοις*. 4) Desunt hi num. apud Norm.

υ. Πρὸς μείζονα δὲ σιν τῆς προσκυνή- ῶν ἁγίων εἰκόνων ἡ α τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ν σύνοδον τὴν οἰκου- ' ἀνεθεμάτισεν ὅλους ιονομάχους, καὶ τὴν πτῶν εἰκόνων προσ- ' ἐκύρωσε καὶ αἰω- εβαίωσε· καθὼς φαί- !ς τὸν ἔννατον κανό- συνόδου ταύτης.

tisfieri possit. Porro ad majorem adorationis sacrarum imaginum corroborationem ecclesia Dei in septima synodo oecumenica iconomachos omnes terribili anathematis fulmine perculit, et venerabilium imaginum cultum stabilivit atque in aevum omne sanxit; quod ex nono Synodi illius canone manifestum est.

ρώτησις νς'.

'τὶ λοιπὸν εἰς τὴν πα- ' Γραφὴν (δ'. Βασ.) ἐπαινέθηκεν [1]) ἐκεῖ- όπου ἐσυνέτριψε τὸν εον ὄφιν, τὸν ὁποῖον ιν ὁ Μωϋσῆς ἀνε- ωσεν;

Διατὶ οἱ 'Ιουδαῖοι σι νὰ ἀποστατοῦσιν ιν προσκύνησιν τοῦ ιῦ Θεοῦ, προσκυνοῦν- νον τὸν ὄφιν, ὡς Θεὸν ὸν, καὶ ἐθυμίων αὐ- λέγει ἡ Γραφή· διὰ θέλωντας νὰ ἀποκό- ιακὸν, νὰ μὴν διαβῇ !ρω, ἐσύντριψεν ἐκεῖ- ν ὄφιν, διὰ νὰ μὴν πλέον οἱ 'Ισραηλῖται ὴν εἰδωλολατρείας. ιόταν δὲν ἐτιμοῦσαν ιὸν ὄφιν μὲ προσκύ- .ατρείας· δὲν ἐκατα- ιο ἀπό τινα, μήτε ὁ Ͻυντρίβετο. 'Αλλὰ οἱ ανοὶ δὲν τιμῶσιν ὡς ιὰς εἰκόνας· μήτε μὲ

Quaestio LVI.

Qua igitur de caussa ille in Veteri Testamento laudem adeptus est, qui serpentem aeneum confregit (2 Reg. XVIII 4.), quem olim Moses sublimem dedicaverant?

Resp. Quoniam Judaei deficere coeperunt ab adoratione veri Dei, adorantes serpentem pro vero Deo, illique tura et odores cremantes, teste Scriptura. Hiskias [2]) itaque hoc malum, ne latius serperet, excisurus, serpentem confregit; ne quam amplius idololatriae caussam Israëlitis daret. Cui antequam divinus latriae honos haberetur, nec Israëlitas quisquam idololatriae damnabat, nec serpentem fregit ac comminuit. At Christiani imagines haudquaquam pro Diis colunt,

---

'arum necessarium habeo, regis nomen 'Εζεκίας, ut margo in textum recipere. Interpres in ipso responso certe adjecit, ι reticuit. 2) Norm. *Chiskijas.*

τὴν εἰς αὐτὰς προσκύνησιν μισεύουσιν ἀπὸ τὴν εἰς τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν λατρείαν· μάλιστα μετ' αὐταῖς εἰς Θεὸν χειραγωγούμενοι ὑποκάτω εἰς τὰ ἐκτυπώματα τῶν ἁγίων τιμῶσι [1]) τοὺς ἁγίους δουλικῶς ὡς φίλους Θεοῦ· παρακαλοῦνται νὰ μεσιτεύουσιν ὑπὲρ αὐτῶν [2]) πρὸς Κύριον. Καὶ ἂν ἴσως καὶ τινὰς ἀπὸ τὴν ἁπλότητά του προσκυνᾷ ἀλλιῶς παρὰ καθὼς λέγομεν, καλιώτερον ὁ τοιοῦτος πρέπει νὰ διδαχθῇ, παρὰ ἡ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησις νὰ διωχθῇ ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν.

nec earum cultu a latria, vero Deo debita, abscedunt. Immo vero potius ope imaginum quasi manu ad Deum ducuntur, dum sub expressis Sanctorum imaginibus Sanctos cultu duliae, ut Dei familiares, honorant; ab iisque contendunt, ut Dominum sibi propitium reddant. Quod si fortassean ex simplicitate sua quisquam paullo aliter, quam hactenus expositum est, imagines veneratur; melius quidem certe fuerit. ut rectius ille hoc in negotio edoceatur, quam ut venerandarum imaginum adoratio ex ecclesia proscribatur.

Ἐρώτησις νζ'.

Ποία εἶναι ἡ τρίτη ἐντολή;

Ἀπ. Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου (Ἐξ. κ'. ζ'.) τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. Οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

Quaestio LVII.

Quodnam tertium praeceptum est?

Resp. (Exod. XX, 7.) Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; non enim pro insonte illum absolvet Dominus, qui nomen ipsius in vanum assumserit.

Ἐρώτησις νη'.

Τί διδάσκει ἡ ἐντολὴ αὕτη;

Ἀπ. Πρῶτον διδάσκει νὰ ἔχωμεν εἰς τιμὴν ἄκραν καὶ μεγάλην τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, δὲν πέρνοντας τὸ εἰς παίγνιον ἢ εἰς παραμικρὴν καὶ ἄδικην ὑπόθεσιν.

Quaestio LVIII.

Quid hoc docet praeceptum?

Resp. Primum docet, ut in summo maximoque honore nomen Domini Dei habeamus, neque illud per ludum jocumque nec in re levicula aut iniqua proferamus

1) Recepi e marg. pro vulg. τισῶσι, quod verbum inauditum est; illud vero de eadem re saepissime et proprie dictum. 2) Vulg. αὐτὸν, quae mirifice verborum structuram turbat. Genit. αὐτῶν textui adscriptus fuit. Paullo post προσκυνᾷ jota subscr. notavi.

Δεύτερον, νὰ μὴν τύχῃ καὶ θέλοντες νὰ βεβαιώσωμεν τὰ ψεύματά μας, νὰ ἀναφέρνωμεν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ νὰ ἐπιορκοῦμεν. Τρίτον, νὰ μὴ δίδωμεν τινὸς ἀφορμὴν, μήτε νὰ τὸν παρακινοῦμεν νὰ κάμῃ ψεύτικον ὅρκον. Τέταρτον, ὅτι ἐκεῖνοι, ὁποῦ κάνουσι τὰ τάξίματα, νὰ τὰ ἀποδίδουσιν εἰς τὸν Θεὸν, καὶ νὰ τὰ πληρώνουσι· καθὼς ἡ Γραφὴ (Δευτ. κγ΄. κβ΄.) παραγγέλλει λέγουσα· ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, οὐ χρονιεῖς ἀποδοῦναι αὐτήν· ὅτι ἐκζητῶν ἐκζητήσει Κύριος ὁ Θεός σου παρὰ σοῦ, καὶ ἔσται ἐν σοὶ ἁμαρτία. Εἰς τοῦτο σφάλλουσιν ὅλοι ἐκεῖνοι, ὁποῦ εἰς τὸν [2]) καιρὸν τοῦ βαπτίσματος τάσσουσι, πίστιν ὀρθόδοξον εἰς τὸν Θεὸν νὰ φυλάττουσιν ἕως τοῦ θανάτου αὐτῶν· καὶ ἔπειτα ξεσύρνουνται ἀπ' αὐτὴν διά τινας αἰτίας ἰδίας, ἢ διὰ κίνδυνον νὰ μὴν χάσουσι τὴν τιμήν τους ἢ τὰ καλά τους· ἢ νὰ μὴ στερευθοῦσι τὴν παροῦσαν ζωήν· διὰ τὸ ὁποῖον φανερᾷ ἐξομνύουσιν ἤγουν ἀρνοῦνται ἐκεῖνο, ὁποῦ (μὲ ὅρκον) ἐτάξασι τοῦ Θεοῦ. Ἀπὸ τὸ ὁποῖον ἔστωντας καὶ νὰ ἐλευθερωθῇ ὁ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος (β΄. Τιμ. δ΄. ζ΄.) ἔλεγε· τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.

mus. Secundo, ut ne id fiat, ut, mendaciis nostris fidem adstructuri, nomen Dei usurpemus perjuriique nos alligemus. Tertio, ne cui ansam pejerandi demus aut consilium. Quarto, ut qui voti sponsione Deo sese obligant, id votum sancte reddant impleantque, monente Scriptura (Deut. XXIII, [1]) 21.): Si votum voveris Domino Deo tuo, non differes reddere illud, quoniam exigendo exiget Dominus Deus tuus abs te, et ita in te peccatum erit. Hac in re illi omnes peccant, qui in baptismate veram rectamque in Deum fidem, usque ad vitae suae exitum, se servaturos polliciti, dein ab eadem abduci se sinunt, propter privatas quasdam rationes aut pericula. Nimirum, ne in discrimen honorum facultatumque aut vitae denique ipsius veniant, ideoque palam abjurant inficianturque, quod jurejurando Deo olim spoponderunt. Defectionis hujus periculo jam propediem eximendus Paulus Apostolus laetus haec usurpabat verba (2 Tim. IV, 7.): Certamen pulchrum decertavi, curriculum absolvi, fidem servavi.

---

1) Vulg. 22. In Graeco textu recte. 2) Sustuli, suadente margine, vocem *Θεὸν* e textu. Turbat structuram, et quid sibi velit, quum sequantur: *πίστιν ὀρθόδοξον εἰς τὸν Θεὸν*, non facile videas.

Ἐρώτησις νθ'.

Ποία εἶναι ἡ τετάρτη ἐντολή;

Ἀπ. Μνήσθητι τὴν ἡμέραν (Ἐξ. κ'. η'.) τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν· ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ[1]) καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον, σὺ καὶ οἱ υἱοί σου καὶ ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου καὶ ἡ παιδίσκη σου· ὁ βοῦς σου καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Quaestio LIX.

Quodnam quartum est praeceptum?

Resp. Memento diei Sabbati, ut illum sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua; die vero septimo Sabbatum est Domino Deo tuo. Non facies eo die ullum opus, tute et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, bos tuus et jumentum tuum; et quae sequuntur (Exod. XX, 8.).

Ἐρώτησις ξ'.

Πῶς πρέπει νὰ γροικοῦμεν τὴν ἐντολὴν ταύτην;

Ἀπ. Πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς ὁ Θεὸς, διὰ νὰ ἐνθυμοῦνται οἱ ἄνθρωποι τὰς εὐεργεσίας, ὁποῦ κάμει εἰς τὸ ἀνθρώπινον γένος, διέταξε μίαν ἡμέραν καὶ ἀφιέρωσεν τὴν εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῆς κάθα εὐεργεσίας, ὥστε οἱ ἄνθρωποι, τότε ἐνθυμούμενοι τὰς δεδομένας ἀπὸ Θεοῦ χάριτας, νὰ εὐχαριστοῦσι δοξάζοντες τὴν μεγαλειότητά του. Τέτοιας λογῆς ἔστωντας καὶ νὰ κτίσῃ τὸν κόσμον ὅλον εἰς ἓξ ἡμέρας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, καὶ εἰς τὴν ἑβδόμην ἡμέραν νὰ καταπαύσῃ ἀπὸ τὰ ἔργα του, ἡγίασε ταύτην· ὥστε

Quaestio LX.

Quo pacto intelligendum hoc praeceptum?

Resp. Nimirum sciendum est, Deum immortalem, quo beneficiorum, quae in genus humanum perpetuo confert, memores mortales essent, diem unum (e septenis) constituisse, eumque singulorum beneficiorum exactiori recordationi sacrum dicasse; ut in eo gratuitas Dei benignitates secum recogitantes homines gratias illi agant ejusque majestatem concelebrent. Hoc videlicet modo quum mundum universum ex nihilo sex dierum spatio creasset Deus, atque in septimo ab operibus suis requievisset; eum-

1) Insignivi jota subscr. ut est in LXX.

*ἑραν ἐκείνην οἱ ἄν-
, ἀφήνοντες ὅλα τους
ν, νὰ εὐλογοῦσι καὶ
ίζουσι τὸν Θεόν, ἐν-
ενοι τὰς εὐεργεσίας,
ᾶς ἔκαμε, κτίζοντας
μον. Ἀκόμι καὶ ὅταν
.) ἀπὸ τὴν Αἴγυ-
ύτρωσε τοὺς Ἰσραη-
διάταξε τὴν ἑορτὴν
σχα διὰ Μωϋσέως.
αὶ εἰς ἄλλους τόπους
αιᾶς Γραφῆς συχνὰ
ἐνθύμησις καὶ ἄλ-
ιερῶν, ὁποῦ πρέπει
άττωνται. Μὰ ἡμεῖς
στιανοὶ ἀντὶ διὰ τὸ
ον φυλάττομεν τὴν
τῆς κυριακῆς διὰ
ορμὴν τούτην· διατὶ
ἡμέραν τῆς κυρια-
τὴν ἀνάστασιν τοῦ
Χριστοῦ τοῦ Κυρίου
ἐγίνηκεν ὁ ἀνακαι-
παντὸς τοῦ κόσμου,
λευθερία τοῦ ἀνθρω-
ένους ἀπὸ τὴν σκλα-
ῦ διαβόλου· καὶ εἰς
ὴν ἡμέραν τούτην
οῦμεν, νὰ λείπωμεν
α μας τὰ ἔργα καὶ
όπους· διὰ νὰ ἐχω-
ιαν εἰς ὅλον τὸ διά-
τῆς ἡμέρας, νὰ σχο-
ν εἰς προσευχαῖς καὶ
μελέταις, διὰ τὰς χά-
ὁποῦ ἔκαμεν ὁ Θεὸς
ς· ὥστε καὶ δοῦλοι
λάβοι παντὸς γένους
ἐργάζωνται τὴν ἡ-
ἐκείνην, μὰ νὰ σχο-
ιν εἰς τὰ θεῖα πράγ-
αὶ νὰ προσεύχωνται,
ντες τὸν Θεόν. Ἀπὸ
τολὴν τούτην χρεω-
ν, νὰ φυλάττωμεν*

dem sanctum festumque esse jussit, ut in eo homines, prolatis rebus ceteris, Deum pietate summa laudent atque extollant; recordati immensi istius beneficii, quod per creationem orbis nobis dedit. Simili ratione, quando ex Aegypto Israëlitas liberabat (Exod. XII.), festum Pascha per Mosem indixit. Pariter aliis Veteris Testamenti locis crebro aliae etiam feriae diesque festi memorantur; quos observari oportuit. Nos autem Christiani loco Sabbati diem Dominicum in honore habemus, idque hanc ob caussam, quod illo die per gloriosam resurrectionem domini nostri Iesu Christi orbis universus renovatus genusque humanum de servitute diaboli liberali caussa assertum fuit. Proinde totum hunc diem ab operibus laboribusque nostris omnibus feriati esse debebimus; ut hoc interim spatio orationi sacrisque meditationibus, vacuo animo, ob praestita nobis beneficia, operam studiumque impendamus. Itaque et famuli servique cujusquemodi nihil eo die operis facient; verum quiete otioseque rebus sacris precibusque incumbent Deumque collaudabunt. Praeterea ex hoc praecepto etiam ceteri dies omnes, quos sacros haberi ecclesia jusserat, observandi nobis sunt,

καὶ ὅλαις ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ὁποῦ διετάξατο ἡ ἐκκλησία νὰ ταῖς ἁγιάζωμεν· ὡς ἂν εἶναι αἱ πανηγυρικαὶ ἑορταὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, τῆς περιτομῆς, τῶν ἐπιφανείων, τῆς ὑπαπαντῆς, τῆς ἀναστάσεως, τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν. Ὁμοίως καὶ αἱ ἑορταὶ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν Ἀποστόλων, τῶν Μαρτύρων καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων. Καὶ πῶς πρέπει νὰ τιμᾶται ἡ τῆς κυριακῆς ἡμέρα, τὸ διδάσκει ἡ ἕκτη σύνοδος ἡ οἰκουμενικὴ εἰς τὸν ϟά κανόνα. Καὶ ἡ ἀφορμὴ, διὰ τὴν ὁποῖαν ἡ ἡμέρα τοῦ σαββάτου ἐμεταφέρθηκεν εἰς τὴν κυριακὴν, εἶναι τούτη· διατὶ ὁ Χριστὸς εἶναι Κύριος τοῦ σαββάτου, κατὰ τὴν Γραφὴν (Ματθ. ιβ΄. η΄.) τὴν λέγουσαν· Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Ἂν ὁ Χριστὸς λοιπὸν εἶναι Κύριος τοῦ σαββάτου, εὐλόγως τὸ σάββατον εἰς τὴν ἡμέραν τῆς κυριακῆς μετηνέχθη, τόσον διὰ νὰ μὴν εἶναι ὁ Χριστὸς ὑποκείμενος εἰς κἂν μίαν ὑποταγὴν, ὅσον καὶ διατὶ εἰς αὐτὴν καὶ ὄχι εἰς ἄλλην ἡμέραν ἀνέστη ὁ Χριστὸς ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἐγίνηκεν εἰς αὐτὴν ἡ τοῦ κόσμου ἀνάπλασις καὶ ἀνακαίνισις κατὰ τὴν αἰώνιον σωτηρίαν.

cujusmodi sunt feriae panegyricae: Nativitatis Christi, Circumcisionis, Epiphaniorum, Occursus (sive Purificationis B. Virginis), Resurrectionis, Ascensionis et reliquae. Pariter et dies festi semper-Virginis Mariae, Apostolorum, Martyrum aliorumque Sanctorum. Ceterum quo ritu celebrari conveniat diem Dominicum; id sexta Synodus oecumenica uno et nonagesimo Canone docuit. Porro translati in diem Dominicum Sabbati, haec caussa est, quod Christus Sabbati Dominus est, teste Scriptura (Matth. XII, 8.): Est enim et Sabbati Dominus Filius hominis. Quod si igitur Christus Sabbati Dominus est, utique cum ratione in diem Dominicum traductum fuit Sabbatum; tum, ne qua subjectione cuiquam obstrictus teneri Servator videatur; tum, quod eo ipso, non autem alio die, a mortuis resurrexit, eoque mundi instauratio renovatioque secundum salutem aeternam facta fuit.

Ἐρώτησις ξά.

Ποία εἶναι ἡ πέμπτη ἐντολή;

Ἀπ. Τίμα (Ἐξ. κ΄. ιβ΄.)

Quaestio LXI.

Quodnam quintum praeceptum est?

Resp. (Exod. XX, 12.):

' κατέρα σου καὶ ' μητέρα σου, ἵνα σοι γένηται, καὶ ἵνα κροχρόνιος γένῃ τῆς γῆς τῆς ἀγα- :· ἧς Κύριος ὁ Θεός) δίδωσί σοι.

Honora patrem tuum et matrem tuam ut bene tibi sit, et ut longaevus fias super terram illam bonam, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Ἐρώτησις ξβ'.

ς πρέπει νὰ γροικοῦμεν τὴν ἐντολὴν ταύτην;

Απ. Ἡ ἐντολὴ αὕτη παγέλλει νὰ τιμῶμεν τοὺς ῖς μας, καὶ νὰ δίδωμεν ὐτοὺς πᾶσαν αἰδῶ καὶ ἐβειαν· ἐπειδὴ ἐκεῖνοι ἐγέννησαν καὶ μᾶς ἔ- ϕαν. Ἀλλὰ καὶ ὁ φυσιλογαριασμὸς, ἂν δὲν εἴεν καὶ ἀπὸ τὸν Θεὸν ταξιν, μᾶς διδάσκει, εἶναι δίκαιον, νὰ ἀγαεν καὶ νὰ τιμῶμεν τοὺς ήτοράς μας· ἐπειδὴ εἴ- ἰαν χρεωφειλέται εἰς αὐ- διὰ τὰς εὐεργεσίας, ὁ- μᾶς ἐκάμασι· ταῖς ὁποίδὲν ἠμποροῦμεν ποτε νὰ ιποδώσωμεν, δὲν ἠμπό- ας [1]) νὰ ἀντιγεννήσω- [2]) καὶ ἡμεῖς ἐκείνους, κεῖνοι ἡμᾶς. Διατὶ λοιδὲν ἔχομεν ἀπὸ κἂν ἕνα ιλήτεραις εὐεργεσίαις ιρουμένων τῶν πνευικῶν χαρισμάτων) ὕστεἰπὸ τὸν Θεὸν, παρὰ ἀπὸ γονεῖς μας, χρεωστοῦνὰ δίδωμεν εἰς αὐτοὺς ιλήτερην ἀγάπην καὶ

Quaestio LXII.

Quomodo intelligendum hoc praeceptum?

Resp. Jubet hoc praeceptum honorari a nobis parentes nostros, iisque observantiam omnem atque reverentiam exhiberi, quippe genitoribus simul et educatoribus nostris. Quamquam et naturalis ratio, etsi a Deo super ea re nullum haberemus mandatum, satis nos docere poterat, justum omnino piumque esse, adamari a nobis atque honorari genitores nostros. Summe enim iis devincti sumus ob ea, quae in nos contulerunt, beneficia; queis vicem reddere nos nullo unquam tempore possumus. Fieri enim nequit, ut, quemadmodum nos illi procrearunt, ita invicem illos nos regignamus. Quando itaque post Deum ipsum a nemine majora accepimus beneficia, exceptis spiritualibus donis, quam a parentibus nostris; ita iis sane majorem omni-

---

[1]) Vulg. ἠμπορόντας. Accentum mutavi, quum partic. ista in — euntia non habeant accentum, nisi in antepaenult., exceptis verontractis, quae circumflexo notatam paenultimam tenent. [2]) E Rec. ἀνταγεννήσωμεν monstrum verbi est.

εὐλάβειαν παρὰ εἰς τοὺς ἄλλους. Ἔπειτα δὲ ἡ παροῦσα ἐντολὴ περιέχει εἰς τὸν λόγον ὁποῦ λέγει· πατέρα καὶ μητέρα, καὶ ὅλους ἐκείνους, ἀπὸ τοὺς ὁποίους ἐπήραμεν εὐεργεσίας τινας· ὡς ἂν εἶναι οἱ πνευματικοὶ πατέρες, οἱ διδάσκαλοι, οἱ αὐθένται, οἱ ἡγεμόνες, οἱ βασιλεῖς, οἱ ἐν ἀξιώματι καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι. Τὸ ὁποῖον ὁ Ἀπόστολος φανερώνει (Ρωμ. ιγ΄. α΄.) μὲ τοῦτα τὰ λόγια· πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· καὶ κατωτέρω (στίχῳ ζ΄.)· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. Καὶ ἐκείνους, ὁποῦ εἶναι ἀπειθεῖς εἰς τοὺς γονεῖς αὐτῶν, τοὺς ὀνομάζει (Ρωμ. α΄. λα΄.) ἀσυνέτους. Μόνον εἰς τοῦτο πρέπει νὰ προσέχομεν· πῶς ὅταν εἶναι ἡ ὑπόθεσις διὰ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἢ διὰ τὴν ἐντολήν του τὴν ἁγίαν, τότε πρέπει νὰ ὑπακούωμεν περισσότερον τοῦ Θεοῦ παρὰ τῶν γονέων· κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Χριστοῦ (Ματθ. ι΄. λζ΄.) τὴν λέγουσαν· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Τὸ αὐτὸ πρέπει νὰ γροικοῦμεν καὶ διὰ ὅλους τοὺς προεστῶτας. Καὶ τέλος πάντων αὕτη ἡ εὐλάβεια καὶ ἡ ἀγάπη, ὁποῦ χρεωστεῖται εἰς τοὺς προεστῶτας, πρέπει νὰ φαίνεται εἰς τὴν πρὸς ἐκείνους εὔνοιαν καὶ ὑποταγὴν καὶ εἰς λόγια ἔντιμα καὶ τὰ παρόμοια τούτοις.

no caritatem observantiamque, quam aliis omnibus debemus. Praeterea, sub vocabulis patris matrisque omnes illos complectitur hoc praeceptum, a quibus aliqua adepti sumus beneficia, uti sunt patres spirituales, magistri, heri, proceres, reges, magistratus, et qui his similes sunt, quod Apostolus his verbis declarat (Rom. XIII, 1.): Omnis anima subjecta sit potestatibus supereminentibus; et paullo post (v. 7.): cui honor, honorem. Idem eos, qui parentibus non obedientes sunt, insipientes appellat (Rom. I, 31). Verum enimvero sedulo cavendum, si res ad Dei gloriam pertineat, aut ad sanctissima illius praecepta; tum meminerimus, plus Deo, quam parentibus, esse obediendum, secundum doctrinam Christi (Matth. X, 37.): Qui patrem matremque plus quam me amat, non est me dignus. Id quod de omnibus item superioribus exaudiendum est. Ad ultimum vero debet etiam haec ipsa observantia et dilectio, quam superioribus debemus, adversus illos elucere in benevolentia et subjectione, in verbis honorem praeferentibus aliisque id genus.

Ἐρώτησις ξγ΄.
Ποία εἶναι ἡ ἕκτη ἐντολή;
Ἀπ. Οὐ φονεύσεις.

Ἐρώτησις ξδ΄.
Πῶς πρέπει νὰ γροικᾶται αὕτη ἡ ἐντολή;
Ἀπ. Ἡ ἐντολὴ αὕτη διδάσκει, πῶς δὲν πρέπει οὐδένας ἄνθρωπος, ὁποῦ φοβεῖται τὸν Θεὸν, νὰ κάμῃ φόνον, ὄχι μόνον κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. Ἐκεῖνοι, ὁποῦ φονεύουσι τὸ κορμίον, παίρνουσι τὴν πρόσκαιρον ζωήν· ἐκεῖνοι, ὁποῦ ἀποκτείνουσι τὴν ψυχὴν, τὴν ἐκδύνουσι τὴν αἰώνιον ζωήν. Καὶ τοιοῦτοι εἶναι μεγαλήτεροι φονεῖς· ὡς ἂν εἶναι αἱρετικοὶ, οἱ ψευδοδιδάσκαλοι καὶ οἱ κακοὶ Χριστιανοὶ, ὁποῦ δίδουσι παράδειγμα τοῦ ἀκολάστου βίου, ἤγουν ὁπόταν σκανδαλίζουσι· διὰ τοὺς ὁποίους (Ματθ. ιή. ς΄.) ἡ Γραφὴ λέγει· Ὅς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. Γίνεται δὲ ὁ φόνος, οὐ μόνον δι' αὐτοῦ τοῦ ἔργου, ἀλλὰ καὶ μὲ τὴν βουλὴν, μὲ τὴν βοήθειαν, μὲ τὴν παρακίνησιν, μὲ τὴν συμφωνίαν. Ἀκόμι εἰς τὴν ἐντολὴν ταύτην περισφαλίζονται καὶ ὅλα ἐκεῖνα τὰ

Quaestio LXIII.
Quodnam sextum praeceptum est?
Resp. Non occides.

Quaestio LXIV.
Quemadmodum intelligendum est hoc praeceptum?

Resp. Docet hoc praeceptum, pio Deumque timenti homini minime perpetrandum esse homicidium, non tantum qua corpus sed etiam qua animam. Qui corpus enecant, temporariam duntaxat vitam adimunt; sed qui animam perimunt, eam vita aeterna spoliant. Et hi haud paullo capitaliores homicidae sunt. In his sunt haeretici, fallaces doctores, et Christiani nequam ac improbi, qui vitae flagitiosae exemplum praebent; scilicet quum aliis offendiculo sunt, de quibus ita judicat Scriptura (Matth. XVIII, 6.): Qui offenderit unum de pusillis hisce, qui in me credunt, expediret ei, ut, mola asinaria de collo ejus suspensa, alto mari demergeretur. Porro caedes non solum opere ipso committitur; verum etiam suasu, auxilio, instigatione, consensu. Hoc praecepto omnes itidem af-

πάθη, ἀπὸ τὰ ὁποῖα γεννᾶται ὁ φόνος· ἤγουν ἡ ὑπερηφάνεια, ὁ φθόνος, τὸ μῖσος, ἡ πλεονεξία καὶ τὰ ὅμοια.

Ἐρώτησις ξέ.

Ποία εἶναι ἡ ἑβδόμη ἐντολή;

Ἀπ. Οὐ μοιχεύσεις.

Ἐρώτησις ξς'.

Πῶς πρέπει νὰ γροικᾶται τούτη ἡ ἐντολή;

Ἀπ. Τούτην τὴν ἐντολὴν ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν ἐπρόσταξε, νὰ τὴν φυλάττωμεν τελειότερον, ὅταν (Ματθ. έ. κή.) εἶπε· πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Πλὴν ἡ μοιχεία αὕτη εἶναι διττή· ἡ μία πνευματικὴ καὶ ἡ ἄλλη σαρκική. Ἡ πνευματικὴ μοιχεία εἶναι, ὁπόταν τινὰς ἀρνηθῇ τὴν ἀληθινὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν τὴν καθολικὴν, καὶ δίδεται εἰς διαφόρους αἱρέσεις. Διὰ τὸν ὁποῖον λέγει (Ψαλ. ογ'.[1]) κζ'.) ἡ Γραφή· ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. Ἡ σαρκικὴ εἶναι ἡ ἐνέργεια τῆς ἀσελγείας, ὁποῦ γίνεται μὲ τὴν γυναῖκα τινὸς ἄλλου. Καὶ εἰς τούτην τὴν ἐντολὴν καὶ πᾶσα ἄλλη πορνεία καὶ ἀκολασία περιέχεται. Μὲ τοῦτο ἀπαγορεύονται αἱ προαγωγίαι καὶ οἱ μαστρωποὶ, τὰ ἄσεμνα τραγούδια,

fectus comprehensi sunt, de quibus exsistere caedes possunt: uti est superbia, invidia, odium, avaritia et consimiles.

Quaestio LXV.

Quodnam septimum est praeceptum?

Resp. Non moechaberis.

Quaestio LXVI.

Quo pacto intelligendum hoc praeceptum?

Resp. Hoc praeceptum Dominus noster Christus perfectius a nobis custodiri jussit, quum dixit (Matth. V, 28): Quisquis libidinose incontinenterque mulierem spectat, jam illam adulteravit in corde suo. Est vero duplex hujusmodi adulterium. Aliud spirituale aliud corporeum. Spirituale adulterium est, quando quis exuta vera, orthodoxa ac Catholica fide, in varias haereses prolabitur. De ejusmodi homine ita loquitur Scriptura (Psal. LXXIII, 27.): Disperdidisti unumquemque, qui scortando abs te desciscit. Corporeum est actio turpis et impudica, cum uxore viri alius perpetrata. Hoc praecepto etiam alia quaevis scortatio et lascivia continetur. Hoc ipso lenocinia et lenones vetantur, et cantilenae molliculae atque fe-

1) Hofm. male νγ'. melius Norm. οβ'.

οὶ οἱ αἰσχήμονες, τὰ
δια τὰ ἀσελγῆ, τὰ ὁ-
ανερώνωντας ὁ Ἀπό-
(Ἐφ. έ. γ'.) λέγει·
α δὲ καὶ πᾶσα ἀκα-
ἢ πλεονεξία μηδὲ
έσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς
ἁγίοις· καὶ αἰσχρό-
ὶ μωρολογία, ἢ εὐ-
ία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα.

sceaninae; choreaeque indecorae et lusus turpiculi, prout declarat Apostolus (Eph. V, 3.): Scortatio et omnis impuritas aut avaritia ne nominetur quidem inter vos, sicut decet sanctos, et obscoenitas et stultiloquium et scurrilitas, quae non conveniunt.

ρώτησις ξζ'.
εἶναι ἡ ὀγδόη ἐν-
;

Οὐ κλέψεις.

Quaestio LXVII.

Quodnam octavum est praeceptum?

Resp. Non furaberis.

ρώτησις ξή.
ρέπει νὰ γροικᾶται
η ἡ ἐντολή;

Ἡ ἐντολὴ αὕτη δι-
πῶς δὲν πρέπει νὰ
ωμεν κἂν ἕνα ξένον
α διὰ οὐδένα τρόπον
ίαν· τὸ ὁποῖον γίνε-
μὲ ἁρπαγὴν ἢ μὲ
, ἢ μὲ κράτησιν τοῦ
δικαίου. Εἰς τοῦτο
αι καὶ ὅταν τινὰς
ὴν τιμὴν τοῦ ἄλλου·
αν τινὰς πάρῃ ἀπὸ
πηκόους τὸ [1]) τέλος
χαράτζι ἔξω ἀπὸ τὸ
· ἢ κάμει τοὺς, νὰ
ουσι περισσότερον ἀ-
ρέπον. Ἐνταῦθα εἰσ-
καὶ ὁ τόκος. Διὰ
ια ὅλα λέγει (α. Κορ.
ὁ Ἀπόστολος· οὔτε
ιται οὔτε μέθυσοι
ίδοροι οὐχ ἅρπαγες

Quaestio LXVIII.

Quomodo intelligendum est hoc praeceptum?

Resp. Docet hoc praeceptum, non esse rem alienam ullam ullo modo injusto occupandam. Quod tum raptu fit, tum furto, tum violenta detentione juris alieni. His accensendum, quando quis honorem famamque alteri eripit; quando stipendiariis et vectigalibus suis nimis magna tributa nefarie extorquet, aut nimis asperum servitutis jugum iis imponit. Huc pertinet et foenus. De quibus vitiis omnibus ita censet Apostolus (1 Cor. VI, 10.): Neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledi-

---

onjicit margo, addendum esse sive mutandum art. τὸ in τον ab ibi subjecti sunt. Vix opus est, quum res per se clara sit, ήκοοι sint pro natura vocabuli qui aliis parent.

βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.[1]) Εἰς τοῦτο ἀκόμι πρέπει, νὰ γροικοῦμεν καὶ διὰ ὅλαις ταῖς δίκαιαις σύβασες, ὁποῦ γίνουνται, εἰς ταῖς ὁποίαις πρέπει νὰ φυλάττεται ἡ πίστις, καὶ ὄχι ὁ ἕνας τὸν ἄλλον νὰ ἀποστερῇ.

Ἐρώτησις ξϑ'.

Ποία εἶναι ἡ ἐννάτη ἐντολή;

Ἀπ. Οὐ ψευδομαρτυρίσεις[2]) (Ἐξ. κ'. ις'.) κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

Ἐρώτησις ο'.

Πῶς πρέπει νὰ γροικοῦμεν τὴν ἐντολὴν ταύτην;

Ἀπ. Ἡ ἐντολὴ ἡ[3]) τούτη ἐμποδίζει, νὰ μὴν εἰπῇ τινὰς ἐναντίον τοῦ πλησίον του κἂν ἕνα ψεῦδος, ἢ νὰ κακολογήσῃ τὴν τιμὴν τινὸς διά τινα πονηρίαν καὶ ἄμυναν· καὶ συντόμως εἰπεῖν, νὰ ἐκκλίναμεν κάϑα πάϑος, διὰ νὰ μὴν εἴμεσϑαν υἱοὶ διαβόλου, ὅμοιος μετ' ἐκείνους, πρὸς οὓς (Ἰωαν. ή. μδ'.) εἶπεν ὁ Κύριος· ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ καὶ τὰς ἐπιϑυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν ϑέλετε ποιεῖν. Ἐκεῖνος ἀνϑρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἐν τῇ ἀληϑείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ

ci, neque rapaces
Dei hereditate obti
Hoc idem etiam de
bus justis contracti
pactis intelligitur, in
fides stricte servan
ut ne alter alterum de

Quaestio LX

Quodnam nonum est
ceptum?

Resp. (Exod. X
Non dices falsu
stimonium contr
ximum tuum.

Quaestio LX

Quomodo intelligend
bis hoc est praecep

Resp. Prohibe
praeceptum, ne quis
ximum suum quidquam
tiatur; aut famam cuju
ex malitia studioque
ctae arrodat. Uno
ut omnem noxium af
fugiamus; ne filii diab
que similes fiamus,
dicebat Dominus (Joh
44.): Vos ex patre d
estis, et cupiditates
vestri facere vultis. Il
micida erat ab initio,
veritate non stetit, qui
est veritas in eo.

1) Cur marg. adscriptum sit: *supervacuum*, non video. schius omnia tenet, nec facile quisquam offendatur. 2) In ψευδομαρτυρήσεις. 3) Suadet margo articulum pellendum esse pra quidem p. 266. scriptum fuit τὰς ἀρετὰς τούτας, scimus etiam, hunc auctorem artic. repetitionem admodum adamasse.

ἀλήθεια ἐν αὐτῷ· λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐ- Τούτην τὴν ἐντολὴν ι μάλιστα νὰ φυλάττν, ὅσοι συναναστρέτι εἰς τὰ κριτήρια, διὰ ὴν παραβαίνουσι τὸ ον μὲ ψευδομαρτυρίαρτύρων ἢ γραφῶν· ος θέλουσι γίνεσθαι ιαβόλου, καὶ υἱοὶ γετῆς αἰωνίου.

mendacium loquitur, de suo loquitur; quia mendax est, et pater illius. Summo autem illis opere hoc observandum est praeceptum, qui in jure dicundo versantur, ut ne aequum justumque transgrediantur; adducti falsis testimoniis testium, aut literarum actorumque; alioqui filii diaboli erunt et aeternae geennae heredes.

Ἐρώτησις οα.

ία εἶναι ἡ δεκάτη ἐντολή;

π. Οὐκ ἐπιθυμή- (Ἐξ. κ'. ιζ'.) τὴν γυ- α τοῦ πλησίον οὐκ ἐπιθυμήσεις οἰκίαν τοῦ πλησίου, οὐδὲ [1]) τὸν ὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν ια αὐτοῦ, οὐδὲ παιδίσκην αὐτοῦ, τοῦ βοός αὐτοῦ, τοῦ ὑποζυγίου ὐ, οὔτε παντὸς ους αὐτοῦ, οὔθ' [2]) τῷ πλησίον σου

Quaestio LXXI.

Quodnam decimum est praeceptum?

Resp. (Exod. XX, 17.) Non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces domum proximi tui, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non jumentum, non ullum pecus ejus, non quaecunque proximi tui sunt.

Ἐρώτησις οβ'.

πρέπει τὴν ἐντολὴν αὐτην νὰ νοοῦμεν;

. Ἡ ἐντολὴ αὕτη εἶναι ιτάτη, ὅσον εἰς τὴν ἀ- ν τοῦ πλησίον· διατὶ ιποδίζει μόνον τὰ ἔξω-

Quaestio LXXII.

Quo pacto recte intelligemus hoc praeceptum?

Resp. Praeceptum hocce inter omnia ad caritatem proximi nostri pertinentia summum perfectissi-

---

1) Editt. LXX. οὔτε, et sic deinceps. 2) LXX: οὔτε ὅσα.

τερικὰ ἔργα, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ὁποῦ γενοῦνται ἀπὸ τὸν νοῦν καὶ τὴν προαίρεσιν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ κακοποιῆσαι· τὸ ὁποῖον πληροῖ ἡ Χριστιανικὴ τελειότης. Καὶ ὅποιος τὴν ἐντολὴν ταύτην φυλάττει, πληρώνει τὸ δίκαιον, ὁποῦ χρεωστεῖ πρὸς τὸν πλησίον του. Ἐπειδὴ ἐκεῖνο ὁποῦ σὺ δὲν θέλεις, ἄλλου μὴν τὸ κάμῃς. Καὶ εἰς τοῦτο στέκεται ἡ σωτηρία πάντων τῶν Χριστιανῶν· νὰ μὴν[1]) ἐπιθυμᾷ τινὰς ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον του· μάλιστα νὰ ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν περισσοτέρω, παρὰ τὸν ἑαυτόν του, τὸν δὲ πλησίον του ὡς ἑαυτόν.

Ταῦτα τὰ ἔργα πληρώνοντες τελείως εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐν χάριτι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετὰ τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, ἐλπίζομεν ἀδιστάκτως, ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀπολαβόντες τὴν τῆς ἀγάπης τελειότητα θέλομεν δοξάζειν ἐν οὐρανοῖς τὸν ἐν Τριάδι ἕνα Θεὸν ὑμνούμενον, Πατέρα, Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

mumque est. Non enim externas duntaxat actiones vetat; sed eas insuper, quae interioris hominis sunt, quae a mente ipsa atque deliberata voluntate ad malum perpetrandum oriuntur. Implet autem hoc praeceptum christiana perfectio. Quod praeceptum qui servat, ille jus omne proximo suo debitum explesse censendus est, quippe quod ipse (tibi fieri) non vis, id alii ne feceris. Estque in eo Christianorum omnium salus posita; ut ne expetat quis quidquam Deo proximoque suo adversum; immo vero potius, ut Deum supra quam semet ipsum diligat, proximum autem juxta ac semet ipsum.

Haec officia si in hoc mundo, in gratia Domini Deique nostri, recte atque ordine, cum catholica et orthodoxa fide exsequimur: tum sane citra haesitationem ullam sperare possumus, nos in futuro seculo, summam caritatis perfectionem consecutos, in coelo concelebraturos esse unum illum Deum, qui in Trinitate collaudatur: Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, in secula seculorum. Amen!

1) Scripsi e marg. μὴν, quum negatio prohibitiva flagitetur, pro μὲν. Ante scripsi κάμῃς et ἐπιθυμᾷ jota subscr., ut paullo post recte reperitur ἀγαπᾷ.

Synodus Hierosolymitana
›us Calvinistas, anno MDCLXXII, sub
rcha Hierosolymorum Dositheo celebrata.

ςτὸς ἡγείσθω.

*ὀρθοδοξίας ἢ
γία καὶ ἔλεγχος
τοὺς διασύρον-
ὴν ἀνατολικὴν
σίαν αἱρετι-
φρονεῖν ἐν τοῖς
εοῦ καὶ τῶν θεί-
ς κακοφρονοῦ-
τοι αὐτοὶ οἱ Κα-
›ι δηλονότι· συν-
α παρὰ τῆς [2]) ἐν
ολύμοις τοπι-
›νόδου, ἐπὶ Δο-
› Πατριαρχοῦ
οοσολύμων.*

ινταχοῦ γῆς καὶ θαλάσ-
δόξοις Ἐπισκόποις, ἀδελ-
συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐν
ύματι· καὶ πᾶσιν ἁπλῶς
ἰέσι, καὶ ὀρθοδόξοις Χρι-
τέκνοις ἀγαπητοῖς ἡμῶν,
ν κυρίῳ χαίρειν.

ὸς τοῦ λαλεῖν, καὶ
τοῦ σιγᾷν, ὁ σοφὸς
ιαστὴς παραινεῖ, ἐν

Duce Christo.

Clypeus orthodoxae fidei, sive Apologia [1]) ab Synodo Hierosolymitana sub Hierosolymorum Patriarcha Dositheo composita adversus Calvinistas haereticos, Orientalem ecclesiam de Deo rebusque divinis haeretice cum ipsis sentire mentientes.

δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἔτι· [1]) Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Ὥσπερ οὖν τό τε ἅγιον βάπτισμα καὶ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἠθέλησεν ὁ Θεὸς δι' ἀνθρώπων ἱερουργεῖσθαι, καὶ ἄλλους μὲν εἶναι τοὺς ἱερουργοῦντας, ἄλλους δὲ τοὺς μετέχοντας — πλὴν τοῦ κυριακοῦ δείπνου, ὃ δύναται ὁ ἱερουργῶν πρεσβύτερος καὶ μεταλαβεῖν — οὕτω καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν δι' ἀνθρώπων ὁ Θεὸς ἐθέλησε χορηγεῖσθαι ταύτην, καὶ ἄλλους μὲν εἶναι τοὺς χορηγοῦντας, ἄλλους δὲ τοὺς ταύτην λαμβάνοντας.

Ἀπαιτεῖται δὲ παρὰ τῶν μετανοούντων ἀποχὴ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸ ἑξῆς καὶ συγγνώμης αἴτησις παρὰ τοῦ Θεοῦ μετὰ συντετριμμένης καρδίας ἐπ' ἐλπίδι τῇ εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν σταθερᾷ καὶ βεβαίᾳ· ὅτι πνεῦμα συντετριμμένον καὶ [2]) τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. [3]) Εἶτα καὶ ποινή τις ἐπάγεται τοῖς μετανοοῦσι παρὰ τῶν ἀκροασαμένων τὰ τούτων εἴς τε σωφρονισμὸν τοῦ μηκέτ' ἀτάκτως βιοῦν καὶ ἵνα διὰ τῆς ἑκουσίου καὶ προαιρετικῆς θλίψεως μετριωτέρας

in coelis; praeterea: *Si quorum remiseritis peccata; remittuntur eis; si quorum retinueritis, retenta sunt.* Sicut itaque tam sanctum baptismum quam coenam dominicam noluit Deus per homines peragi, et alios quidem esse administrantes, alios vero participantes — praeter coenam dominicam, cujus etiam particeps fieri potest, qui eam administrat presbyter — ita et remissionem hanc peccatorum per homines Deus voluit subministrari, et alios quidem esse praebentes, alios vero istam accipientes.

Exigitur autem a poenitentibus, ut a peccato in posterum abstineant et veniam petant a Deo cum contrito corde super spe in ipsum Deum stabili ac firma; quoniam *spiritum contritum et cor humiliatum Deus non condemnabit.* Deinde etiam poena quaedam infertur poenitentibus ab iis, qui illorum peccata audiverunt; tum in castigationem, ne amplius inordinate vivant, tum ut per afflictionem voluntariam ac sponte

1) Joann. XX. 23. — 2) [καρδίαν συντετριμμένην καὶ quae addit Edit., desunt in Kimmelii apographo. W.] — 3) Ps. LI. 18. Paulo post ante vocem εἴς colon, quod in autogr. et in edit. fuit, exstinxi.

ιϑῶσι τῆς τοῦ ϑεοῦ καίρου ῥάβδου.
δὲ τρόπος τῆς ποινῆς . Πάλαι μὲν ἡ ἐκκλη- ɔαίνεται διττῶς κολά- ι τοὺς ἁμαρτάνοντας. ν γὰρ ἐπ' αὐτοφώρῳ[1]) υς κατέσχεν ἀσελγαί- ς, ἐκέλευεν αὐτοὺς υμένους χιτῶνα λευ- κλάδον τε ἐλαίας ἢ ἀειϑαλοῦς[2]) δένδρου οντας καὶ πρὸ τῶν ν τοῦ ναοῦ στάντας ὑπτειν τοῖς εἰσιοῦσι ξιοῦσι, συγγνώμην ἐκείνων αἰτοῦντας. το δὲ τοῦτο ἐπὶ τρισὶ ;εσι πολυανϑρώποις, καὶ πλείοσι· δηλαδὴ τὴν ποιότητα τοῦ τήματος καὶ κατὰ τὴν σιν τοῦ ἁμαρτηκότος. τειτα δὲ, νουϑετοῦσα υς ἀπέχεσϑαι τοῦ λοι- άσης κακίας, σωφρό- ε τοῦ λοιποῦ διάγειν, ὸν ϑεὸν μετὰ συντε- ένης καρδίας καὶ ἀγα- λπίδος ὑπὲρ τῶν σφῶν τημάτων ἱκετεύειν, εν ἐν εἰρήνῃ.

ς δὲ λάϑρα τι ἄτοπον ηκόσιν, εἶτ' ἀφ' ἑαυ- ἰς αἴσϑησιν καὶ τὸ τάνειν εἰς τὸν ϑεὸν ν ἐστὶ κατανοήσασιν, ρέτως τε ὁμολογεῖν μαρτίαν προαιρουμέ- :αὶ συγγνώμην αἰτεῖν ις καρδίας, οὐδὲν τῶν

electam Dei virgam temporalem mitiorem experiantur.

Modus vero poenae hic est. Olim quidem ecclesiam duplici modo peccantes castigavisse patet. Siquidem enim in ipso facto hos deprehendit improbe agere, jussit eos alba tunica indutos ramumque oleae aut alicujus arboris perpetuo virentis tenentes et pro foribus templi stantes caput submittere introeuntibus et exeuntibus, ut sibi ignoscerent ab illis petentes. Fiebat autem hoc per tres conventus frequentes, aliquando etiam plures; pro qualitate scilicet peccati et ejus, qui deliquerat, dispositione. Deinde vero, postquam hos admonuisset, ut de reliquo ab omni improbitate abstinerent, temperanterque deinceps viverent ac Deum cum contrito corde et bona spe super peccata sua supplices orarent, absolvebat in pace.

Eos vero, qui clanculum aliquid indecorum commisissent, deinde secum animo reputassent, quantum sit in Deum peccare, atque ultro peccatum confiteri et veniam ex toto corde petere constituissent, nihil dictorum jubebat facere. Aliam

---

Autogr. male scribit αὐτῷ φώρῳ. Alias etiam composita, ma- ›rba, disjungere solet hic auctor. — 2) Ita non male auguratus 'nejus. In autogr. enim apparet ἀειλλοῦς, quod nusquam le-

ῥηθέντων ἐπέταττε ποιεῖν. Ἄλλην δὲ ποινὴν αὐτοῖς ἐπετίθη· ἤγουν νηστείαν, προσευχὴν, ἀγρυπνίαν, καὶ πρὸ τούτων ἐλεημοσύνην πρὸς τοὺς δεομένους. Εἶτα κἀκείνους τὰ εἰκότα νουθετοῦσα εἰρηνικῶς ἀπέπεμπεν.

Ταῦτα δὲ σώζεται παρὰ τῇ Ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς σήμερον· εἰ μὴ ὅτι τὸ πρῶτον, ὅπου ἐπικρατεῖ ἡ τοῦ Ἀντιχρίστου τυραννὶς, οὐ παρατηρεῖται πολλῶν ἕνεκα· τὰ δὲ λοιπὰ ἀπαραλλάκτως μέχρι τοῦ νῦν. Ἐρωτῶσι μὲν οἱ ἀκροαταὶ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἐξομολογήσεως κατ' εἶδος τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὴν τούτων ποιότητα, ἵνα τὸ πρόσφορον φάρμακον ἐπάξωσι τῷ νοσοῦντι — ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς οὐκ ἂν θεραπεύσειεν οἱονδήποτε νόσημα, μὴ κατανοήσας πρότερον τὸ ποιὸν τοῦ νοσήματος — οὐ μὴν δὲ καὶ τὰ πρόσωπα, μεθ' ὧν ἡ ἁμαρτία ἐπράχθη, τόν τε τρόπον καὶ τόπον. Περιττὸν γὰρ τοῦτο καὶ λίαν πονηρὰν ὑπόληψιν τῷ πολυπραγμονοῦντι καὶ περιεργαζομένῳ προσάπτον. Μαθόντες οὖν τὴν τοῦ ἁμαρτήματος ῥίζαν, καὶ μέλλοντες τὴν ποινὴν ἐπανεγκεῖν, εἰ οἱ μετανοοῦντες τῶν μετρίως γοῦν εὐπορούντων εἶεν, ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς καὶ ἐλεημοσύνην, ὡς ἔφθην εἰπών. Διδάσκουσι δὲ τούτους χρήσασθαι ταύτῃ ἐπ' ἐλευθερίᾳ αἰχμα-

vero poenam ipsis imponebat; videlicet jejunium, preces, vigilias et ante haec eleemosynam in egenos. Deinde etiam illos, prout par est admonitos, in pace dimittebat.

Haec autem servantur apud Orientalem ecclesiam usque in hodiernum diem; nisi quod primum illud, ubi praevalet Antichristi tyrannis, non observatur multis de caussis; reliqua vero sine ulla differentia usque in hodiernum tempus. Interrogant quidem illi, qui peccatorum confessionem audiunt, de peccatis in specie et horum qualitate, ut conveniens medicamentum afferant aegrotanti — quandoquidem etiam medicus non curaverit quemlibet morbum, nisi prius perspexerit qualitatem morbi; — non tamen etiam de personis, quibuscum peccatum commissum sit modoque et loco. Supervacaneum enim hoc est, et valde malam existimationem ei tanquam multis iisque nihil ad se pertinentibus negotiis sese implicanti et nimis curiose in aliena inquirenti concilians. Quum igitur perceperint peccati radicem ac velint poenam removere, si poenitentes mediocriter sint divites, imponunt eis eleemosynam, ceu prius dixi. Docent autem, eos hac ipsa uti ad liberationem captivorum. Mul-

ων. Πολλοὺς γὰρ πολ-
όθεν οἵ τε Ἀγαρηνοὶ
οἱ Σκύθαι παρ' ἡμῖν
ίζουσιν, οἷον ἐκ Ῥω-
,[1]) Πολωνίας εἴτ' οὖν
ιματίας, ἐκ τῆς ἄνω
κάτω Μυσίας, αἳ νῦν
λδόβια καὶ Βλαχία κα-
νται, ἐκ Παιονίας[2]) τῆς
Οὐγγαρίας, ἐκ Τρι-
λίας τῆς νῦν Τρασυλ-
ίας, ἐκ τῆς περὶ τὴν
Ἰβηρίας καὶ Κολχίας
ἀλλαχόθεν, οὓς ὠνοῦ-
ι οἱ Χριστιανοὶ ἀπο-
τουσιν εἰς τὰ ἴδια. Εἰ
κεῖνοι ἐθελονταὶ παρ'
ʼ εὐδοκοῦσι μένειν, μέ-
ι, καὶ χρώμεθα τού-
ἴσα καὶ ἀδελφοῖς. Εἰ
έοι εἶεν, προνοοῦνται
'οις οἱ ὠνησάμενοι καὶ
ου καὶ προικὸς καὶ τῶν
ῶν ἀναγκαίων καθδύ-
ιν ἕκαστος.

tos enim multis e locis et Agareni et Scythae apud nos advehunt, velut ex Russia, Polonia sive Sarmatia, ex superiori et inferiori Moesia, quae nunc Moldavia et Walachia vocantur, ex Paeonia, quae nunc Ungaria, ex Triballia, quae nunc Transsylvania, ex Iberia ea quae versus Orientem est et Colchide et aliunde. Quos ementes Christiani, remittunt ad sua. Si vero illis ultro placet apud nos manere, manent, et utimur his perinde ut fratribus. Si autem juvenes sint, prospiciunt his illi qui eos mercati sunt, et de nuptiis, et de dote, et de reliquis necessariis, pro viribus quilibet.

) Hornejus contra ipsum autogr. scripsit Ῥευσίας. Legimus vero ι supra in Nectarii Epistola p. 48 et 49 et Ῥωσία in Synodo s. p. 392. Cur vero ibidem et hoc loco scriptum sit *Μολδόβια* ολδάβια accentu in antepaenultima posito, non satis video. — Ion dubium videtur, *Παννονίας* legendum esse. *W.*]

Κεφ. ια΄.

Περὶ Ἱερωσύνης.

Ἀρχαῖον καὶ ἀποστολικὸν ἔθος παρεδόθη τῇ ἐκκλησίᾳ, μὴ πάντας τοὺς Χριστιανοὺς χωρεῖν ἐπὶ τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, καὶ τὴν τῶν μυστηρίων ἱερουργίαν, ἀλλ᾽ ἐκλέγεσθ᾽ ἐκ τούτων τοὺς κρείττους καὶ ἀρετῇ τῶν ἄλλων ὑπερέχοντας· εἶτα δι᾽ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν, τῶν πρὸ ἐκείνων εἰς τοῦτο ταχθέντων, καὶ δι᾽ εὐχῶν κοινῇ τῆς ἐκκλησίας ἀνάγεσθαι τούτους εἰς ταύτην τὴν διακονίαν. Ἐπεὶ δὲ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ὁ πανάγιος Χριστιανισμὸς ἐπληθύνθη καὶ κατεκάλυψεν ἅπαν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ διὰ τοῦτο πλειόνων διακόνων ἐδέησε τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἂν δὲ μὴ ἀταξία ᾖ μεταξὺ τούτων, ἀλλὰ ῥυθμῷ καὶ εὐσχημοσύνῃ βαίνωσιν, ἐπενοήθησαν καὶ τάξεις, ἵν᾽ ὦσι κἀν αὐταῖς οἷ τε [1]) ἐπιτάττοντες καὶ ἐπιταττόμενοι.

Caput XI.

De Sacerdotio.

Antiquus et apostolicus mos traditus est Ecclesiae, ut non omnes Christiani accedant ad ministerium verbi et sacramentorum administrationem, sed eligantur ex his praestantiores quique virtute alios antecellunt; deinde per impositionem manuum illorum, qui ante eos ad hoc munus ordinati sunt, et publice per preces ecclesiae, hi evehantur ad istud ministerium. Posteaquam vero Dei gratia sanctissimus Christianismus crevit et obtexit universam faciem terrae atque propter hoc pluribus ministris opus fuit ecclesiae, ut ne autem confusio inter hos sit, sed concinne et decenter incedant, excogitati sunt etiam ordines, ut sint etiam inter illos tam imperantes quam subditi.

---

1) Horn. contra autogr. οἷτ᾽. Amat quidem auctor tales formas, sed hoc loco contemsit apostrophum. Paullo ante scripsi αὐταῖς, quae spectant τὰς τάξεις, in quibus sint et subjecti et imperantes. In edit. est αὐτοῖς, qui revocandi sint ad διακόνους supradictos. Ex autogr. scriptura non satis liquet de lectionis varietate. Praestare videbatur.

ἠρηνται τοίνυν αἱ τῆς
ϊύνης τάξεις εἰς ἑπτὰ,
πρώτη καὶ ἀνωτέρα
ἡ τῶν Ἐπισκόπων,
ἐν ἁγίοις Διονύσιος[1])
οἱ μετ' ἐκεῖνον διδά-
οι τῆς ἐκκλησίας Ἱε-
ας ἐκάλεσαν, μεθ' ἣν
ν Πρεσβυτέρων, τρίτη
Διακόνων, μετὰ ταύ-
ἡ τῶν Ὑποδιακόνων,
τη ἡ τῶν Ἀναγνωστῶν,
τῶν Ἐξορκιστῶν, ἑβδό-
τῶν Πυλωρῶν. Εὑ-
κι δὲ αἱ προσηγορίαι
ι παρά τε τῷ ἁγίῳ
ιτίῳ [2]) τῷ θεοφόρῳ
ταρὰ πολλοῖς ἄλλοις.
γα δὲ τούτων ταῦτα.
μὲν Πυλωρῶν, φυλάτ-
τὰς πύλας τοῦ ναοῦ,
μή τις τῶν ἀσεβῶν ἐπὶ
σκοπῇ καὶ χλεύῃ τῆς
ησίας εἰσέλθῃ, καὶ ἵνα
ις τῶν ἔνδον Χριστια-
ὑπὸ ῥαθυμίας ἐξελθεῖν
ται πρὸ καιροῦ.
ὸν Ἐξορκιστῶν ἔργον[3]),

Divisi igitur sunt sacerdotii ordines in septem classes. Quarum prima et superior est Episcoporum, quos sanctus Dionysius et qui post illum fuerunt doctores ecclesiae, Hierarchas vocaverunt, post quam est Presbyterorum: tertia Diaconorum: post hanc Subdiaconorum: quinta Lectorum: sexta Exorcistarum: septima Janitorum seu ostii Custodum. Inveniuntur autem hae appellationes et apud S. Ignatium divinitus afflatum et apud multos alios.

Officia vero horum ista sunt. Custodum quidem, custodire portas templi, ut ne quis impiorum ad speculationem et ludibrium ecclesiae intret, neve quis illorum qui intus sunt Christianorum per negligentiam exire possit ante tempus.

Exorcistarum munus est,

---

men ad proximum subst. vocare, praesertim quum hoc egeret mento quodam.

) Recte Dionysium appellat. Cfr. *Maximi* Scholia in Dionys. ı p. 1. (edit. Corderii Paris. 1644), qui haec habet: *ἐπειδὴ ἡ αφὴ ἱεραρχίαν ἔχει, καλεῖν εἴωθεν ἱεράρχας τοὺς ἐπισκόπους.* ıdum vero est, hoc nomine appellari etiam apud Dionys. Paulum, tolos, Pontifices, Episcopos vero etiam *τελετὰς, ἱεροτελετὰς, ἱεράρχας, μυσταγώγους, τελεστικοὺς, τελεσιουργούς.* — 2) In animo locum epist. ad Antiochenos datae c. 12 apud Ittigium p. 314. at vero ille episcopos, habetque post lectores *cantores* et alios. quae de hoc loco monuit *Boehmerus die christl. kirchl. Alterthumswissenschaft* I B. p. 98 not., et de re Conf Orthod. I. q. p. 188. — 3) Autogr. *ἔργων*, paullo post *αὐτούς* rectius, edit. ...ς, porro *καθ' ὅλον* in autogr. recte ab Horn. in unum conflatum vocabulum. Vide vero, quantopere Exorcistarum munus a prisci ...oris consuetudine recesserit. Illa enim aetate *obsessorum* caussa ...ituti fuerunt, ex quo vero tempore hi infelices non amplius ex... unt, mansit tamen munus, sed ad renunciationem diaboli, baptis... praecedentem, spectabat.

ἐξορκίζειν τοὺς κατηχουμένους καὶ κατηχίζειν αὐτούς· οὐ τὸν τελευταῖον καὶ καθόλου ἐξορκισμὸν — οὗτος γὰρ τῶν Πρεσβυτέρων ἐστὶν — ἀλλὰ τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος. Ἔθος γὰρ, πολλάκις πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐξορκίζεσθαι καὶ κατηχίζεσθαι τοὺς τελεσθησομένους ὑπὸ τῶν ἐξορκιστῶν, εἶτα τελευταῖον ἐν αὐτῷ τῷ βαπτίσματι ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων.

Τῶν Ἀναγνωστῶν, ἀναγινώσκειν ἐπ' ἐκκλησίας [1]) κεφάλαιον τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ γίνεται ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ πάντα ῥυθμῷ καὶ τάξει βαίνει.

Τῶν Ὑποδιακόνων, ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ πάντων τῶν πρὸς ἱερουργίαν τῶν μυστηρίων ἐπιτηδείων· καλλύνειν [2]) δὲ τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὴν ἁγίαν κολυμβήθραν· προετοιμάζειν τὸν ἱερουργηθησόμενον ἄρτον καὶ τὸ κρᾶμμα.

Τῶν Διακόνων, συλλειτουργεῖν τοῖς πρεσβυτέροις ἱερουργοῦσιν τὰ μυστήρια, ἀναγινώσκειν ἐπ' ἐκκλησίας τὴν τῆς ἡμέρας εὐαγγελικὴν περικοπὴν — ἡ μὲν γὰρ ἄλλων βιβλίων τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀνάγνωσις ἐφεῖται τοῖς

adjurare catechumenos et religionis rudimenta eos docere. Non illis competit ultimum ac universalem exorcismum instituere — hic enim presbyterorum est — sed eos qui ante baptismum adhibentur. Moris enim est, ut saepe ante baptismum adjurentur et instituantur ei, qui sacramentis initiandi sunt, ab exorcistis, deinde postremo in ipso baptismate a presbyteris.

Lectorum est legere coram ecclesia caput divinitus inspiratae scripturae. Nihil enim in ecclesia fit prout forte contingit, sed omnia concinne ac ordine incedunt.

Subdiaconorum est curam gerere sacri apparatus, atque omnium quae ad administrationem Sacramentorum necessaria sunt: ornare item sacram mensam ac sacrum lavacrum: praeparare consecrandum panem ac vinum aqua temperare.

Diaconorum est una munus obire cum presbyteris administrantibus sacramenta, legere in ecclesia eam quae unicuique diei assignata est evangelicam pericopen — aliorum enim librorum divinitus inspiratae scripturae lectio commissa est lectoribus: ast evangelii le-

1) Memorandum est, lectorum provinciam hic breviter descriptam non esse mutatam. Iis enim ut olim *evangelium* non licitum est recitare, cfr. Const. Apost. II. c. 57, et quae paullo post de diaconis exponuntur. — 2) Autogr. καλύνειν. De re legantur, quae ad Conf. Orthod. p. 189 monuimus.

ἀναγνώσταις· ἡ δὲ τοῦ εὐαγγελίου τῶν διακόνων ἐστὶ — προηγεῖσθαι τοῦ λαοῦ ἐν ταῖς παρὰ θεοῦ αἰτήσεσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ δημηγορεῖν ἐπ' ἐκκλησίας, τοῦ πρεσβυτέρου ἄλλοις ἐνασχολουμένου ἢ κάμνοντος.

Οἱ Πρεσβύτεροι[1]) *δύνανται μὲν πάντα ὅσα καὶ οἱ διάκονοι — ἀλλὰ καὶ πάντες τῶν ὑπερεχουσῶν τάξεων δύνανται τὰ τῶν ὑποδεεστέρων, ἀπόντων ἐκείνων· οἱ τῶν ὑποδεεστέρων δὲ οὐ δύνανται τὰ τῶν ὑπερεχουσῶν — ἐξαίρετον δὲ αὐτοῖς ἔργον ἡ τῶν μυστηρίων ἱερουργία καὶ ἡ τοῦ λόγου διακονία. Πρὸς τούτοις ἀπαιτεῖται παρ' αὐτῶν ἡ ἐπιμέλεια τῶν ὑπὸ τὴν ἑκάστου ἐνορίαν πτωχῶν καὶ ἀσθενῶν καὶ ἄλλως ἐνδεῶν ὄντων καὶ ἐπικουρίας χρηζόντων.*

Οἱ Ἐπίσκοποι δύνανται τὰ τῶν πρεσβυτέρων· ἔξοχον δ' αὐτοῖς ἔργον ἡ χειροτονία τῶν ὑφ' αὐτοὺς τάξεων. Οὗτοι μὲν γὰρ χειροτονοῦνται ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων[2]) *τοὐλάχιστον·*

ctio diaconorum est—praeire populo in precibus quibus a Deo aliquid petitur: aliquando etiam concionari coram ecclesia, presbytero in aliis occupato aut aegrotante.

Presbyteri possunt quidem omnia quaecunque et Diaconi — verum et omnes qui sunt eminentiorum ordinum possunt munia obire inferiorum, illis absentibus; at qui inferiorum sunt, non possunt obire ea quae sunt superiorum - praecipuum tamen illorum munus est sacramentorum administratio, et verbi ministerium. Ad haec exigitur ab eis cura qui sub singulorum inspectione sunt pauperum, et infirmorum, quique alias indigentes sunt atque auxilium poscunt.

Episcopi possunt illa peragere quae sunt presbyterorum, excellens vero illorum officium est creatio qui sub sese sunt ordinum. Hi etenim creantur a tribus episcopis ad minimum: singuli

---

1) Comma huic loco importunum, quod et in autogr. et in edit. fuit, delevi. Permansit et hoc munus in suis officiis. Nam Chrysostomus jam monuit, non multum differre ab episcopis, Hom. XI. in I Timoth. IV. Accessit vero ad eorum munus pauperum cura, quae antiquitus diaconórum fuit. De aliis vide Conf. Orth. I. q. IIV. p. 188. — 2) Comma haud necessarium sustuli. Memoratu dignum, in Concil. Hieros. (in edit. symbol. Graec. mea p. 440) duos jam sufficere episcopos, ex Canone Apostol. I. edoceri. Ac vere etiam Constit. Apost. VIII. 27. cll. c. 4. jubent: *ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονείσθω*; neque ignotum est, Dioscurum Alexandrinum a duobus tantum episcopis fuisse consecratum. At contra prima synod. Oecum. can. IV. mandat, ut episcopus *ὑπὸ πάντων ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ*

ἕκαστος δὲ τούτων τὰς ὑποδεεστέρας τάξεις, συμπαρόντων αὐτῷ πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων ἀδιορίστων. Πρὸς τούτοις ἐπίκειται τοῖς ἐπισκόποις τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὑφ' αὐτοὺς τάξεων, ὅπως ἂν ἕκαστος οἱασδήτινος τάξεως προθύμως καὶ σπουδαίως προσέχῃ τῷ καθήκοντι αὐτῷ. Καὶ τοὺς μὲν ἐπιμελῶς τὴν αὐτῶν διακονίαν ἐργαζομένους τιμῶσι λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ περὶ πλείονος ποιοῦνται· τοὺς δὲ ῥαθυμότερον διακειμένους πρὸς ὃ ἀνεδέξαντο θεῖον ἔργον διορθοῦσι παντὶ τρόπῳ. Ἔτι πρόνοιαν ποιοῦνται οἱ ἐπίσκοποι καὶ τῶν νοσούντων ἀνὰ πᾶσαν τὴν αὐτῶν διοίκησιν, ἢ πενίᾳ θλιβομένων ἢ ἄλλοις ἀνιαροῖς πιεζομένων, ἐπαρκοῦντες ἐκείνοις τὰ πρὸς χρείαν, αὐτοί τε οἴκοθεν τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον καὶ τοὺς εὐπορούντας πείθουσι τοῦτο ποιεῖν.

Πάσαις οὖν ταῖς ῥηθείσαις τάξεσι πλὴν τῶν ἐπισκόπων συγκεχώρηται ὁ γάμος· οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ, ἀλλὰ μετὰ λόγου πάνυ ἐπαινετοῦ. Πρῶτον μὲν οἱ βουλόμενοι γαμεῖν, πρὸ τῆς χειροτονίας τοῦτο ποιοῦσιν. Δεύτερον εἴ τινος

autem horum inferiores ordines constituunt, una praesentibus presbyteris atque diaconis indefinitis. Praeterea incumbit episcopis curam agere sibi subditorum ordinum, ut unusquisque cujuslibet ordinis alacriter ac diligenter attendat officio suo. Et illos quidem qui sollicite suum ministerium obeunt, honorant verbis ac factis, plurimique faciunt. Eos vero qui segnius affecti sunt erga divinum opus ad quod peragendum fuerunt recepti, corrigunt omni modo. Insuper prospiciunt episcopi etiam aegrotantibus per omnem suam dioecesin, aut illis qui inopia affliguntur, aut aliis rebus adversis premuntur, suppeditantes illis necessaria, ipsique domo quantum in sese est praestant, et ut divites id faciant suadent.

Omnibus igitur dictis ordinibus, praeterquam episcoporum, concessae sunt nuptiae; non autem ut forte accidit, sed cum ratione prorsus laudabili. Primum etenim qui volunt uxorem ducere, antequam in ordinem eligantur id faciunt. Deinde si alicujus uxor prior vitae cursum est emensa, si quidem presbyter aut dia-

---

constituatur, et si hoc minus possit fieri, *tres* certe veniant, ceteri per literas assensum praebeant. In altero dicterii nostri membro deest verbum, ex quo *ἀνακολουθία* insuper enata est. Ex connexione *χειροτονοῦσιν* verb. repetendum est, unde vereor, ne vers. satis apte ponat illud *constituunt*. Praestabat dixisse *sacris inaugurantur*, ut ex loco Conc. Hier. laudato, qui pro interprete est, elucet.

ἡ ἔφϑη τὸ ζῆν ἐκμε-
σασα, εἰ μὲν πρεσβύτε-
ἢ διάκονός ἐστιν ὁ
εύσας, καὶ βούλεται
τέρᾳ γυναικὶ προσομι-
αι· παύει τῆς τῶν
τηρίων ἱερουργίας.
)υσι δὲ μόνον εἰς πα-
υϑίαν, ὡς ἂν μὴ σκλη-
ρῷ βρόχῳ τῆς λύπης
νγοιντο, ὁ μὲν τὴν μετὰ
πρεσβυτέρων, ὁ δὲ τὴν
ὶ τῶν διακόνων καϑέ-
ν. Οἱ δὲ μετὰ τούτους,
ὑποδιάκονοι, ἀναγνῶ-
:, ἐξορκισταὶ καὶ πυ-
οὶ τῆς μὲν τάξεως αὐ-
οὐ [1]) καϑαιροῦνται
γαμήσαντες, προαχϑῆ-
δὲ εἰς μείζονα οὐ δύ-
ται. Μένει οὖν ἕκαστος,
ι εὑρέϑη.

οὺς δὲ Ἐπισκόπους
γει ἡ ἐκκλησία πάντοτε
τῆς τάξεως τῶν μονά-
ἤτοι ἐκ παρϑένων ἢ
σωφρόνων. [2]) Παρϑέ-
μὲν καλοῦμεν τοὺς
ἐποτε γυναῖκα ὁπωσοῦν
οκότας· σώφρονες δὲ
ὶ τὸ νῦν ἔϑος τῆς ἐκ-
ίας λέγονται οἱ μιᾷ
μόνῃ νομίμῳ γυναικὶ
ιφϑέντες· οἱ μετὰ τὸν
ατον τῆς σφῶν συζύ-
ἢ τὴν ἑκούσιον διά-
;ιν — συμβαίνει γάρ,
τέ τινας συζυγίας ἑκου-
· καὶ αὐϑαιρέτως χω-
σϑαι ἀλλήλων, καὶ τὸν
εἰς ἀνδρῶον μοναστή-

conus est viduus, et vult secundae conjugi consuescere, cessat sacramenta administrare. Habent autem tantum in solatium, ut ne duriori laqueo moeroris constringantur, iste quidem eandem cum presbyteris, ille vero eandem cum diaconis sellam. Qui vero hos sequuntur, veluti subdiaconi, lectores, exorcistae ac custodes, ab ordine quidem suo non dejiciuntur si bis conjugium contraxerint, provehi autem in majorem nequeunt. Manet itaque quilibet in quo inventus est.

Ceterum Episcopos elegit semper ex ordine monachorum, aut ex virginibus aut ex continentibus. Et virgines quidem vocamus eos qui nunquam mulierem quomodocunque cognoverunt. Continenter vero, juxta hodiernam consuetudinem ecclesiae, dicuntur, qui cum una eaque sola legitima foemina fuerunt conjuncti. Qui a morte suae conjugis, aut post spontaneum divortium — contingit enim quandoque, ut quidam conjuges voluntarie atque ultro a se invicem separentur, et hic quidem virile monasterium, haec

---

) Negationem recte intulit Horn. nihil de autogr., in quo deest, os. Vertit etiam Heineccius l. l. Vol. II. p. 389. — 2) Vertit hoc . Heineccius non bene *Wittwer*. De *continentibus* apud Graeliam dicitur.

ριον, τὴν δὲ εἰς γυναικεῖον εἰσιέναι, πόθῳ κρείττονος βίου καὶ τελεωτέρου — αὐτομολήσαντες τῷ μοναδικῷ βίῳ, κἀπί τισιν ἔτεσι τούτῳ ἐνασκηθέντες, δόκιμοί τε καὶ σπουδαῖοι ἐν αὐτῷ φανέντες, ἐκλέγονται εἰς ἐπισκοπὴν, ὥσπερ καὶ οἱ παρθένοι.

Ἰστέον δὲ, ὅτι πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα παρ' ἡμῖν κωλύει τοὺς μέλλοντας εἰς οἱανδήποτε τάξιν ἀνενεχθῆναι, οἷον μέθη, φιλαργυρία, αὐθάδεια, κακοήθεια, ὕβρις κατὰ τῶν ἐλαττόνων, ὑπερηφάνεια καὶ τὰ τούτοις παρόμοια. Ἃ καὶ ἀνενεχθέντας καταβιβάζει, εἰ μὴ φθάσειεν σφᾶς αὐτοὺς διορθῶσαι. Πέντε δὲ μᾶλλόν ἐστι τὰ παντελῶς ἀνίατα καὶ ἀσύγγνωστα, ὅσον εἰς ἀνάῤῥησιν ἱερωσύνης, ἐπιορκία, καὶ μάλιστ' εἰ δημοσίᾳ κἀπὶ δικαστηρίου ἐγένετο, φόνος, πορνείας οἱονδήποτε εἶδος, μαγγανεία, εἶτοῦν γοητεία, καὶ πρὸ τούτων ἡ τῆς πίστεως ἄρνησις. Τούτοις ἢ ἑνὶ γοῦν τούτων ὁ περιπεσὼν εἰ μὲν πρὸ τῆς χειροτονίας, οὐ δύναται χειροτονηθῆναι· εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν, καθαιρεῖται πάντως τῆς ἰδίας τιμῆς, ὁποιασοῦν τάξεως ὢν, κἂν θερμὴν καὶ διηνεκῆ μετάνοιαν ἐπαγγέλλεται. Οὐ τὴν θύραν τῆς μετανοίας κλείοντες αὐτῷ — ἄπαγε τοῦ Ναβατισμοῦ — ἀλλὰ καὶ ἀποδεχόμεθα μετανοοῦντα, συγγνώμην τε

vero muliebre ingrediantur, desiderio melioris ac perfectioris vitae — posteaquam ad solitariam vitam transierunt, et per aliquot annos in eo exercitati sunt, probique ac boni in eo visi, eliguntur ad episcopatum, quemadmodum et virgines.

Sciendum vero, multa etiam alia apud nos prohibere, quo minus illi qui velint in qualemcunque ordinem subvehantur; quales sunt ebrietas, avaritia, superbia, pravitas morum, injuria adversus inferiores, insolentia, quaeque his sunt similia. Quae etiam evectos deturbant nisi prius semetipsos emendaverint. Quinque autem magis sunt, quae plane sanari nequeunt, quaeque venia sunt indigna, quantum ad electionem in sacrum ordinem attinet: perjurium, et praecipue si publice et coram tribunali factum sit, caedes, scortationis qualiscunque species, veneficium sive incantatio, et prae his fidei abnegatio. In haec igitur aut unum horum qui inciderit, si quidem ante electionem id fecerit, haud potest in ordinem cooptari: sin vero post creationem contigerit, dejicitur prorsus a proprio honore, cujuslibet sit ordinis; etiamsi ferventem ac perpetuam poenitentiam polliceatur. Non quod januam poenitentiae ipsi occludamus, apage Nabatismum, sed et suscipi-

ἄφεσιν τῶν ἡμαρτη-
ιν ἀναγγέλλομεν αὐτῷ,
μὴν καὶ τοῦ κυριακοῦ
νου τοῦτον ἀξιοῦμεν
τὴν συμπλήρωσιν τῆς
εχθείσης αὐτῷ ποινῆς·
ερωσύνην δὲ οὐκ ἀνά-
ν πολλῶν σκανδάλων
ν.

ιτέον δὲ, ὅτι ἐν ἑκάστῃ
ήσει εἷς ἐπίσκοπός ἐστι
οὐδέπῃ πλείους. Ἔστι
ὰ ὅρια τῶν διοικήσεων
ὰ τῶν ἀρχαίων διορι-
τα, καὶ μέχρι τῆς σή-
ν ἀσάλευτα μένοντα.
κεινται δὲ ἑκάστῃ τῶν
ιήσεων[1]) τοὐλάχιστον
ὸν κῶμαι, ἐνίοτε καὶ
ους. Αἱ δὲ λοιπαὶ τά-
οὐκ ἀναγκαίως ἀπαι-
ται ἐν πᾶσι τοῖς ναοῖς·
σει γὰρ μόνος ὁ Πρε-
ερος εἴς τε τὴν διακο-
τοῦ λόγου καὶ εἰς τὴν
μυστηρίων ἱερουργίαν.
σήκουσι δὲ αἱ λοιπαὶ
ις τοῖς μεγάλοις ναοῖς,
ἀρχιερατικὸς θρόνος
ται, καὶ ὅπου βασι-
παρουσία συχνῶς
ται.

mus resipiscentem veniamque et remissionem peccatorum annuntiamus illi, imo etiam dominica coena eum dignamur, posteaquam impositam sibi poenam compleverit, ad sacerdotium vero non sustollimus multorum scandalorum ergo.

Notandum porro in qualibet dioecesi unum episcopum esse et nequaquam plures. Sunt autem fines dioecesium ab antiquis disterminati, et usque in hodiernum diem immoti manent, subjacent vero singulis dioecesibus ad minimum centum vici, interdum etiam plures. At reliqui ordines non necessario requiruntur in omnibus templis, sufficiet enim solus presbyter, et ad ministerium verbi et ad sacramentorum administrationem. Conveniunt vero reliqui ordines magnis templis, ubi summi sacerdotis sedes collocata est, et ubi rex frequenter est praesens.

———

1) Comma importune illatum ejeci, post verbum *μένοντα* plene ididi, denique parenthesin, qua verba: *ἔστι δὲ τὰ ὅρια — ἐνίοτε πλείους* fuerunt inclusa, removi. Quod ad rem attinet; habemus tantinopolitanarum certe dioecesium catalogum duplicem unum lo Doxopatrio conscriptum apud *Allatium* de Occid. et Orient. consens. l. c. 24. p. 409, alterum apud *Thomam Smithium* de hod. eccles. Gr. p. 77.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ γάμου.

Γάμος ἐστὶν ἔννομος σύζευξις ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐπὶ σωφρονισμῷ τῶν συζευγνυμένων ἐπινοηθεὶς καὶ ἐπὶ παιδοποιΐᾳ. Καλεῖται δὲ καὶ οὗτος μυστήριον παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, οὐχ ὅτι τῇ αἰωνίῳ ζωῇ συμβάλλῃ, ὡς τἄλλα δύο μυστήρια, ἀλλ' ὅτι ἀφομοιοῦται [1]) τῷ Χριστῷ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Καθὼς, φησὶν, ἠγάπησεν ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν, οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας· ἔτι· μέγα τὸ μυστήριον· [2]) ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Τίμιον οὖν τὸν γάμον ἡγεῖται ἡ ἐκκλησία, καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν.

Οὐδένα δὲ τῶν βουλομένων ὑπεισδῦναι τῷ τοῦ γάμου ζυγῷ κωλύει αὕτη, ἀλλὰ πᾶσι συγχωρεῖ ἐξετάσασα πρότερον τὰ εἰκότα· οἷον εἰ μή τις συγγένεια σαρκικὴ εἴη μεταξὺ τούτων, [3])

Caput XII.

De Conjugio.

Conjugium est legitima conjunctio maris et foeminae ad moderationem conjugum et procreationem liberorum institutum. Vocatur autem illud etiam mysterium apud Apostolum: non quod vitae aeternae, sicut caetera duo mysteria, conducat; sed quod Christi atque ecclesiae assimiletur. *Sicut*, inquit, *Christus dilexit ecclesiam*, *ita viri uxores suas diligere debent.* Item: *Magnum mysterium: dico propter Christum et ecclesiam.* Conjugium itaque et lectum impollutum ecclesia magni faciendum esse existimat juxta doctrinam Apostolicam.

Neminem porro illa jugum nuptiale subire volentem prohibet, sed omnibus concedit, exploratis prius iis quae decet, ex. gr. an aliqua consanguinitas inter ipsos intercedat, num, qui

1) Autogr. et edit. *ἀφ' ὁμ.*, quod ex nostra ratione tolerari nequit. Hieros. etiam synod. l. l. p. 414 matrimonio ultimum inter mysteria locum concedunt. — 2) Eph. V. 25 et 32, uterque locus liberius versus, memoriter, et ut orationis cohaerentia postulabat. — 3) Inter consanguineos connubium usque ad quintum gradum vetitum esse docet *Murawieff' Briefe* etc. p. 183.

ι οἱ συζευχθῆναι βου-
ʼοι ἐφθησαν ἄλλοις
ὡποις ἀλλαχοῦ συ-
ϑέντες, καὶ ἄλλ' ἄττα
ιόμενα παρ' ἡμῖν, ὧν
ρεύοντας τοὺς νυμφευ-
ιένους εὑροῦσα συ-
ʼυσιν ἀλλήλοις γαμι-
ʼγίᾳ (πρότερον μέντοι
ʼγήσαντας αὐτοὺς αὐ-
ʼτως ἥκειν ἐπὶ τὴν
την συζυγίαν, καὶ
φιλήματι ἀμοιβαίῳ
ώσαντας) δι' εὐχῶν
κεσιῶν πρὸς τὸν Θεὸν
νησιν ἐχουσῶν τῆς
ης συζυγίας τῶν ἀρ-
ʼων ἡμῶν· οἷον 'Αδά-
καὶ Εὔας, 'Αβραάμου
Σάῤῥας, 'Ισαάκου καὶ
ικας,[1]) 'Ιακώβου καὶ
:, καὶ ἄλλων ἁγίων
ιῳ γάμῳ διαπρεψάν-
Εἶθ' ἱκετεύει τὸν Θεὸν,
ῦσαι τοῖς νεονύμφοις
εὐλογῆσαι τούτους,
σασθαί τε αὐτοῖς ἀγά-
ἀμοιβαίαν διηνεκῆ καὶ
ἰπαστον, καρπόν τε
ας χαρίσασθαι εὐλο-
ʼον, ἄξιον ἐσόμενον
Θεοῦ καὶ τῆς ἐκκλη-
Μετὰ ταῦθ' ὁ Πρε-
ιρος ἐγχειρίζει τούτοις
δακτυλίους ἀλλήλων,
ιὲν νυμφίου τῇ νύμ-
τῆς δὲ νύμφης τῷ
ίῳ· εἶτ' ἀλλήλω[2])
δεξιὰς συνάψας ἐπι-
ι ταῖς ἐκείνων κεφα-

jungi volunt, antea alibi cum personis aliis copulati fuerint et aliis quibusdam apud nos usitatis, a quibus puros ubi (Ecclesia) despondendos invenit, conjugali copula invicem (si tamen prius se sponte sua conjugium illud adire confessi fuerint idque mutuo osculo confirmaverint) conjungit per preces et supplicationes ad Deum, quae memoriam primi primorum parentum conjugii continent, Adami videlicet et Evae, Abrahami et Sarae, Isaaci et Rebeccae, Jacobi et Leae, aliorumque qui legitimo conjugio conspicui fuere, sanctorum. Deinde preces supplices fundit ad Deum, ut novis sponsis annuat, eisque benedicat, et caritatem mutuam eandemque perpetuam et indissolubilem donet, nec non fructum ventris, favore suo imbutum, adeoque Deo et Ecclesia dignum futurum, gratificetur. Postea Presbyter illis invicem annulos in manus tradit: sponsi quidem annulum sponsae: at sponsae annulum dat sponso. Mox dexteris inter se junctis coronas e plantis perpetuo

---

1) Hoc connubium tanquam exemplum habitum fuisse, patet ex ...st. Hom. in Gen. 48. — 2) Ita autogr. Edit. vero ἀλλήλων. ...olerabile quippe Dualis accus., tanquam objecti, sequente accus. ...o. De his ritibus perantiquis cfr. Joachim Hildebrandt de nuptiis ...m Christian. Helmst. 1733.

λαῖς στεφάνους ἐξ ἀειθαλλοῦς [1]) φυτοῦ. Τελευταῖον δὲ ποτήριον κοινοῦ οἴνου τούτους ὀρέγει, ἐξ οὗ βραχὺ πίοντες οἴκαδε χωροῦσι, τῆς τοῦ γάμου τελετῆς πέρας λαβούσης.

Ἕκαστον δὲ τούτων δοκεῖ μὴ εἰκῇ [2]) καὶ ὡς ἔτυχε γίγνεσθαι ἀλλὰ μετά τινος συμβολικῆς σημασίας.

Ἡ μὲν γὰρ τῶν δακτυλίων περίθεσις δηλοῖ ἑκάτερον ἑκατέρῳ ἑαυτὸν ἐγχειρίζειν, καὶ μηδέτερον τοῦ λοιποῦ ἐξουσιάζειν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἕτερον ἑτέρου κατὰ τὴν Ἀποστολικὴν φωνὴν, φάσκουσαν· Ὁ ἀνὴρ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ἡ γυνή, ὁμοίως καὶ ἡ γυνὴ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ὁ ἀνήρ. [3])

Ἡ δὲ τῶν χειρῶν συναρμογὴ τὴν ἀδιάσπαστον [4]) τούτων καὶ διηνεκῆ ἕνωσιν σημαίνει.

Ἡ δὲ τῶν στεφάνων ἀνάδοσις βραβεῖον, ὥσπερ τῆς ἐκκλησίας τούτοις βραβευούσης, [5]) ὅτι καταπτύσαντες τὴν κλεψογαμίαν ἤγουν τὴν πορνείαν καὶ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν συνουσίας, τὰς

virentibus, ipsorum capitibus imponit. Tandem vero poculum vini vulgaris ipsis porrigit. Unde ubi aliquantulum hauserunt, domum sese conferunt, ritu nuptiali ita jam finito.

Caeterum unumquodque horum non sine caussa et temere, sed cum allegoria significatione fieri videtur.

Etenim annulos propterea induunt, ut significetur, alterum alteri semetipsum in manus quasi tradere, et neutrum deinceps in sua ipsius esse potestate, sed alterum in alterius, juxta dictum Apostoli dicentis: *Maritus proprii corporis jus non habet, sed uxor: similiter et uxor proprii corporis jus non habet; sed maritus.*

Manuum autem conjunctio indissolubilem ipsorum et perpetuam conjunctionem testatur.

Sertorum porro distributio tanquam praemium victoriae est, quod ipsis ecclesia suppeditat, eo quod detestati furtivas nuptias, videlicet scortationem et promiscuos concubitus, irratio-

---

1) Edit. ἀειθαλοῦς. Est vox apud seriores scriptores adhibita, apud Diosc. vere unum habet λ, sed quum apud Plutarch. legatur ἀθαλλὴς, non dubitavi nostro auctori alterum λ concedere. De hoc coronandi more lege *Muraltium* Lexidion p. 83. — 2) Edit. εἰκῆ, contra nostram consuetudinem. — 3) Ita recte Hornej. Autogr. ob auctoris festinationem ἡ γυνὴ. Nota praeterea loci (1 Cor. VII. 4) magnam mutationem. — 4) Edit. ἀδιάπαστον, quod ipse Horn. inter errata retulit. Conjungebantur dextrae, ut ex Euchol. magno edit. p. 393, ad quae adde, quae Guarus disputavit p. 399. — 5) Male hic ab editore plene fuit intercisum, in autogr. media est interpunctio. Eandem coronationis causam refert Chrysostomus Hom. IX. in cap. II. primae ad Timoth. epist.

ις ζώοις μᾶλλον ηκούσας ἢ λογικοῖς ώποις, εὐδόκησεν εἷς συναφθῆναι κατὰ τὸ ια τοῦ θεοῦ.

δὲ οἶνος τὴν εὐφρο-' σημαίνει, ἣν ἡ ἐκ-α τούτοις θεόθεν ἐπεύ-. Παραλαμβάνεται ς οἶνος πολλαχοῦ τῆς ῆς ἐπ' εὐφροσύνῃ λικός· καὶ οἶνος εὐ-νει καρδίαν ἀνθρώ-)

νουσι δὲ τοῦ λοιποῦ ἕκαστοι ἀλλήλων καὶ οὐδένα τρόπον δύναν-ωρισθῆναι,[2]) εἰ μὴ λόγῳ πορνείας, κατὰ ὐαγγέλιον.[3])

ρεστι δὲ καὶ ὁ νυμ-ηγὸς ἐκεῖ που πλησίον, ιενος τῶν στεφάνων ιμένων ταῖς κορυφαῖς νεονύμφων, ὃν νυμ-ηγὸν ἀνάδοχον ποιοῦ-ὶς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ οτόκου τέκνου, ἤγουν ς ἀναδέχεται αὐτὸ ἐκ ἁγίου βαπτίσματος.

έον δὲ, ὅτι οἱ νυμφευ-ιενοι παρ' ἡμῖν οὐδέ-βλέπουσιν ἀλλήλους τοῦ γάμου.

γκροτεῖται δὲ τὰ σύμ-ι τῆς μνηστείας διά ῶν γονέων καὶ τοῦ νύμφου, εἴτ' οὖν αγωγοῦ. Καὶ μέντοι

nalibus potius animalibus, quam hominibus, qui ratione praediti sunt, convenientes, optimum duxerint, ut unus uni secundum voluntatem Dei copularetur.

Vinum autem laetitiam indicat, quam ecclesia ipsis a Deo precatur. In multis enim scripturae locis vinum allegorice de laetitia accipitur. *Et vinum laetificat cor hominis.*

Ceterum manent postmodum a se invicem inseparabiles; neque ulla ratione dirimi possunt, nisi ob caussam scortationis, juxta Evangelium.

Adest quoque ibidem in propinquo alicubi dux sponsae, apprehendens coronas verticibus novorum sponsorum impositas; quem sponsae ducem ut plurimum primigeniti sponsorem faciunt, h. e. is illum e sacro baptismate suscipit.

Sciendum etiam est despondendos ante nuptias sese mutuo apud nos nunquam videre.

Componuntur autem pacta sponsalium per parentes et paranymphum seu ducem sponsae. Et vero tanta affectionis conjunctio divini-

---

Ps. c. IV. 15 Eccles. X. 29. Sirac XL. 20. — 2) Ita legen-st pro absurdo χωρηθῆναι, quod in edit. est. Scilicet apertum bere autogr. χωρηθῆναι i. e. χωρισθῆναι, quum η in nostro transponamus. De connubio indissolubili disputat etiam *Mura-Briefe* etc. p. 183. — 2) Mtth. V. 32.

τηλικοῦτος σύνδεσμος ἀγάπης θεόθεν αὐτοῖς ἐντίθεται, ὡς θᾶττον ἄν τις ἕλοιτο τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ἢ τὸν τοῦ ἑτέρου.

Ἔτι οὐδὲ τοῦτο ἀγνοητέον, ὅτι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία μέχρι μὲν δευτέρου καὶ τρίτου γάμου συγκαταβαίνει, τέταρτον δὲ γάμον οὐκ ἔχει. Ἀλλὰ καὶ οἱ ῥηθέντες δύο ὅ τε δεύτερος καὶ τρίτος οὐκ ἄνευ αἰτίας συγχωροῦνται· δηλονότι, εἰ οἱ γαμήσοντες νέοι ἔτι τυγχάνουσι καὶ οὐ δύνανται φέρειν τὸν καύσονα τῆς σαρκὸς, καὶ πρὸς τούτῳ, εἰ ἄπαιδες ὄντες καὶ κληρονόμων δεόμενοι, τυγχάνουσι τῆς τοιαύτης συγγνώμης. Εἰ δ' ἀφήλικες[1]) ἤδη ἐγένοντο καὶ παῖδας εἰς διαδοχὴν τῆς οὐσίας ἐκ τῶν προτέρων συζύγων ἐσχήκασιν, οὐδαμῶς.

tus ipsis inseritur, ut quis citius suam ipsius, quam mortem alterius eligat.

Insuper neque hoc ignorandum, ecclesiam catholicam ad secundas et tertias usque nuptias condescendere; quartas vero non habere. Sed et duae, de quibus dictum, secundae scilicet et tertiae, non absque ratione (certa) conceduntur. Si nimirum conjugium inituri juvenes adhuc sunt nec carnis aestum ferre queunt, et praeterea si liberis carent et haeredum sunt indigi, tum veniam hanc impetrant; nequaquam vero, si florentem aetatem exegerunt, et liberos in patrimonii successionem ex prioribus conjugibus possident.

1) Ita scripsi partim ex autogr. partim nostram consuetudinem secutus. Edit. habet δὲ ἀφ' ἥλικες, autogr. δ' ἀφ' ἥλικες. Haec igitur placuit in unum contrahere. De altero et tertio connubio [illegible]vit aliqua *Muralt. Lexidion* p. 22.

Κεφ. ιγ'.

ερὶ Εὐχελαίου.

χέλαιόν ἐστι τελετὴ
ικὴ δι' ἐλαίου καὶ προσ-
ν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας
ργημένη ὑπὲρ πιστῶν
ὁντων. Χριόμενοι γὰρ
ἔμνοντες τῷ τοιούτῳ
ɔ μετὰ πίστεως καὶ
ῆς ἐλπίδος εἰς τὸν
βοηθείας ἐκεῖθεν τυγ-
ɔσιν.

τη ἡ μυστικὴ τελετὴ
ἀρχὴν μὲν ἔσχε παρὰ
νυμφίου καὶ κυρίου
ικλησίας, ὑπὸ μάρτυρι
είῳ Μάρκῳ τῷ Εὐαγ-
τῇ· Καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ
ὑς [1]) ἐν τῷ ὀνόματι
ὑ, καὶ ἐθεραπεύοντο.
ἂν δὲ, εἰ μὴ προσετά-
ʼ, ἐτόλμησαν ποιῆ-
ἱ μαθηταί. Ἐπετρά-
καὶ πάσῃ τῇ ἐκκλη-
αρὰ τῶν Ἀποστόλων,
ησιν ὁ θεῖος Ἰάκωβος·
εἴ τις ἐν ὑμῖν, προσ-
άσθω τοὺς πρεσβυ-
ς τῆς ἐκκλησίας καὶ
υξάσθωσαν ὑπὲρ αὐ-
ἀλείψαντες αὐτὸν
ʼ, [2]) καὶ ἡ εὐχὴ τῆς

Caput XIII.

De Euchelaeo.

Euchelaeum seu oleum precum, est ritus mysticus, per oleum et preces ab Ecclesia pro fidelibus aegrotantibus celebratus. Aegrotantes enim quando istiusmodi oleo unguntur, cum fide et bona in Deum spe, auxilium inde nanciscuntur.

Mystica haec ceremonia a sponso et Domino Ecclesiae originem traxit, teste sancto Marco Evangelista, *Et ungebant oleo multos aegros, in nomine ejus, et sanabantur.* Neque vero nisi jussi, discipuli id facere ausi fuissent. Demandatum vero (hoc) fuit ab Apostolis etiam Ecclesiae universae. Quamobrem S. Jacobus ait: *Aegrotat quis vestrum, advocet Presbyteros Ecclesiae et orent super ipsum oleo eum ungentes in nomine Domini, et obsecratio fidei salvum reddet laborantem;*

Expunxi vocabulum ἀῤῥώστους, quod ex Marco VI. 13 intulit desideratur in autogr. et facile vel omitti vel suppleri potuit. nf. Orth. I. 9. 119. p. 195. — 2) Ex Jacobo V. 14, qui locus

πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα. Κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. Σώζεται τοίνυν παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτο, μέχρι τοῦ δεῦρο.

Ἐπειδὴ γὰρ τὰ συμβαίνοντα τοῖς ἀνθρώποις νοσήματα οὐ πάντα ἐκ δυσκρασίας καὶ ἀνωμαλίας τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν τὰ σώματα σύγκειται, συμβαίνειν εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἁμαρτιῶν, οἷά τις ποινὴ θεήλατος ἐπιφερομένη τοῖς ἐκλεκτοῖς, ἁμαρτάνουσι τοῦ ὀρθοῦ, εἰς σωφρονισμὸν καὶ διόρθωσιν τοῦ ἐπιλοίπου βίου καὶ εἰς κουφισμὸν καὶ συστολὴν τῆς μετὰ θάνατον ποινῆς, ἣν μόνη ἡ ψυχὴ ὑφίσταται δίχα τοῦ σώματος, προσκαίρως μὲν καὶ μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος, ὡς σωθήσεται ταύτης ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου, ἀλιγινῶς [1]) δὲ ἄλλως καὶ λίαν δυσφόρως. Ὅτι δὲ ἐξ ἁμαρτιῶν συμβαίνουσι πολλαὶ τῶν νόσων, ἱκανῶς ἐμάθομεν παρὰ τοῦ κυρίου λέγοντος πρὸς τὸν παράλυτον· [2]) *ἴδε ὑγιὴς*

et si in peccatis fuerit, remittentur ipsi. Hoc itaque ab Ecclesia in hunc usque diem retinetur.

Cum enim non omnes, qui hominibus accidunt morbi, ex intemperie atque inaequalitate elementorum, e quibus corpora composita sunt, oriri soleant, sed etiam ex peccatis, tanquam poena divinitus electis a recto aberrantibus superveniens, in correctionem et castigationem reliquae vitae, nec non allevationem atque aversionem poenae post mortem; quam anima sola absque corpore sustinet, paulisper quidem et cum bona spe, ut illam in die Domini effugiat, aegre ceteroquin et valde difficulter perferendam. Caeterum multos etiam morbos propter peccata obvenire, sufficienter a Domino didicimus, dicente paralytico: *Ecce sanus factus es: ne posthac pecces, ne quid deterius tibi contingat.* Manifestum

---

etiam a Dositheo (in mea symbol. Graec. edit. p. 450) significatur, addidit Hornejus verba ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, quae recidi, quum auctor non adscripserit. Advocatur idem ille locus tanquam certissimum testimonium a *Murawieff Briefe* etc. p. 190.

1) Ita autogr., quam formam, etsi inusitata sit auctoribus, unde Hornejus scripsit ἀλγεινῶς, tamen nolui exterminare, quum veteres certe dixerint ἀλγινόεις. — 2) Horn. similiter παραλυτικὸν, quod noluisse scribere Metrophanem, ex accentu autogr. apparet, et ex scripturae constantia. Reservavi igitur lect. autogr.; quum adj. παράλυτος etiam apud veteres dicatur, ut saepius adj. verb. participii naturam induit. Parenthesin, qua sua sponte edit. inclusit verba, quibus momentum inest, ὅτι δὲ — ἄλλοις, removi. Locus scr. sacr. est. Joan. V. 14.

γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν σοί τι γένηται. Δῆλον ἄρα, τὴν παράλυσιν ἐξ ἁμαρτιῶν συμβᾶσαν τῷ παραλύτῳ· οὐκοῦν [1]) καὶ πολλοῖς ἄλλοις. Εἰκότως τοίνυν ἡ ἐκκλησία ἱκετεύει τὸν φιλάνθρωπον θεὸν, ἀφεθῆναι τῷ κάμνοντι τὰς ἁμαρτίας ἐκείνας, δι' ἃς τῇ παρούσῃ νόσῳ ὥσπερ πατρικῇ ῥάβδῳ ἔνοχος ἐγένετο. Τοῦτο γὰρ βούλεται τό· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. Οὐκ ἀπορεῖ ὁ Ἀπόστολος ἐνθάδε, εἴ τις τῶν χριστιανῶν ἐστιν ἁμαρτωλὸς, οἶδε γὰρ, ὅτι πάντες ἐν ἀνομίαις συνελήφθημεν, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθημεν· [2]) καί· Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ψευδόμεθα.[3]) Ὥστε οὐχ ἁπλῶς εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, ἀλλὰ κἂν ἐξ ἁμαρτίας συνέβη αὐτῷ ἡ νόσος, ἀφεθήσεταί οἱ μετὰ τῆς ποινῆς.

itaque est, paralysin propter peccata accidisse paralytico; proinde et multis aliis. Recte igitur Ecclesia Deum misericordem orat, ut aegrotanti peccata illa remittat, quibus praesenti morbo, tanquam virgae paternae, obnoxius factus est. Hoc enim vult illud: *Quamvis peccata commiserit, remittentur ipsi.* Non dubitat hic Apostolus (de eo) numquis Christianorum peccator existat: novit enim *omnes nos in iniquitate conceptos atque in peccatis natos esse;* item illud: *Si diximus, peccatum non habemus, mentimur.* Itaque non simpliciter si peccator est, sed etiamsi propter peccata morbus ei accidit, una cum poena ipsi remittetur.

Ὁ δὲ τρόπος καὶ ἡ ἀκολουθία τῆς μυστηριώδους ταύτης τελετῆς οὕτως ἔχει. Νοσήσαντός τινος [4]) τῶν πιστῶν, προσκαλοῦνται ὑπὸ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἑπτὰ Πρεσβύτεροι· δυνατὸν δὲ καὶ ἐλάττους τῶν ἑπτὰ, ὡς καὶ μέχρις ἑνὸς συστέλλε-

Modus autem et ratio mysticae hujus ceremoniae ita se habet. Aegrotante quopiam fidelium, a familiaribus ipsius septem Presbyteri advocantur. Potest etiam fieri ut pauciores sint quam septem, atque ut aliis absentibus numerus ad unum

---

1) In unum contraxi, quae in edit. scripta invenio οὐκ οὖν. — 2) Locus libere citatus ex Ps. LI. (apud alios, ut apud Lambertum Bos. L.) 5., accuratius ad LXX. vers. legitur in Conf. Orthod. I. q. 24. p. 88. — 3) I Joann. I. 8. — 4) Autogr. Νοσήσαντος τινὸς. De presbyterorum numero monuit etiam Thom. *Smith de statu* etc. p. 159 et *Ricaut* hist. de l'état présent de l'église gr. etc. Mittelburg 1692, *ins Deutsche übersetzt Frankfurt* p. 55.

σθαι τὸν ἀριθμὸν, μὴ παρόντων ἄλλων. Καὶ εἰ μὲν οἷόν τε τὸν κάμνοντα εἰς τὸν ναὸν ἰέναι, ἐκεῖ ἱερουργεῖται· εἰ δὲ μὴ, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀῤῥωστοῦντος. Προτίθεται οὖν ἐπὶ τῆς τραπέζης σκευάριον, ἐν ᾧ οἶνος καὶ ἔλαιον, ὅτι ταῦτα καὶ ὁ ἐν παραβολῇ Σαμαρείτης προσέφερε τῷ λησταῖς περιπεσόντι. Φησὶ γάρ· [1]) Ἐπιχέων αὐτῷ ἔλαιον καὶ οἶνον, σημαντικὰ ὄντα τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τῆς ἱλαρᾶς καὶ εὐφραντικῆς. Περὶ ὃ σκευάριον τίθενται ἑπτὰ θρυαλλίδες, δι' ὧν χρίσουσιν οἱ Πρεσβύτεροι τὸν νοσοῦντα. Περιέχονται δὲ ἐν τῇ τελετῇ ἑπτὰ εὐχαὶ, ἑπτὰ περικοπαὶ τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοσαῦται ἀποστολικαί. Ἀναγινώσκει δὲ ἕκαστος τῶν Πρεσβυτέρων μίαν περικοπὴν ἀποστολικὴν καὶ μίαν εὐαγγελικὴν καὶ μίαν εὐχήν. Μεθ' ὃ βάψας μίαν τῶν θρυαλλίδων[2]) τῷ ἐλαίῳ, χρίει τὸν κάμνοντα ἐπὶ τοῦ μετώπου κἀπὶ τῶν στέρνων, ἐπί τε τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, σταυροῦ τύπῳ πανταχοῦ, λέγων ἐν τῷ χρίειν ταύτην τὴν εὐχήν· Πάτερ ἅγιε, [3]) ὁ ἀποστείλας εἰς τὸν κόσμον μονογενῆ σου υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ

contrahatur. Et si aegrotans in templum ire potest, inibi sacra peraguntur; sin minus, in domo aegroti. Proponitur igitur in mensa vasculum, in quo vinum et oleum, propterea quod haec etiam in parabola Samaritanus ei, qui in latrones inciderat, attulit. Dicit enim *Infundens ei oleum et vinum;* quae significabant suavem illam et laetificantem gratiam divinam. Circa vasculum illud septem ellychnia ponuntur, quibus presbyteri aegrotum inungunt. Caeterum comprehenduntur hoc ritu septem precationes, septem pericopae Evangelicae et totidem Apostolicae. Quilibet autem Presbyterorum unam pericopam Apostolicam, unamque Evangelicam, unam itidem precationem recitat. Postea uno ellychnio tincto in oleo, aegrotum ungit in fronte, in pectore, in manibus et pedibus, ubique figura crucis, ita inter ungendum orans: *Sancte pater qui in mundum misisti Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum et Deum Jesum Christum, ut morbum omnem curet, atque omni medeatur languori, et nunc*

---

1) Luc. X. 14. — 2) Per negligentiam hoc loco scriptor unam literam λ omisit. Interpretatur Heineccius l. l. II. p. 304: *Büschel Baumwolle, welche an einem Stock fest gemacht sind.* — 3) Intermittit Euchologium Magn. p. 417. ubi haec precatio legitur, verba: ἰατρὲ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων. Metroph. memoriter citavisse eam. sequitur et eo, quod statim post pro πέμψας scribit ἀποστ., additque de suo εἰς τὸν κόσμον. Differt deinceps et in aliis.

θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, πᾶσαν νόσον ἰώμενον καὶ πᾶσαν μαλακίαν θεραπεύοντα, αὐτὸς καὶ νῦν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ χάριτι καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος ἴασαι τὸν δοῦλόν σου τὸν δεῖνα,[1] ἀπαλλάττων αὐτὸν τῆς κατεχούσης νόσου, ἀνιστῶν τε τοῦτον ἀπὸ κλίνης ὀδυνηρᾶς, ἵνα ὑγιαίνων δοξάζῃ σε τὸν ἄναρχον πατέρα καὶ τὸν συνάναρχόν σου υἱὸν ἅμα τῷ συναϊδίῳ σὸυ πνεύματι, ἕνα θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι καὶ μιᾷ οὐσίᾳ, ᾧ δόξα καὶ τιμὴ καὶ κράτος πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Τὰ αὐτὰ δὲ ποιεῖ ἕκαστος τῶν ἑπτὰ πρεσβυτέρων. Εἰ δ'[2] ἐλάττους ὦσιν, ὡς εἴρηται, τινὲς τούτων ἀναγινώσκουσι διπλᾷ.[3] Εἰ δὲ εἷς μόνος, ἐκεῖνος ἀναγινώσκει πάντα, καὶ ἑπτάκις χρίει τὸν κάμνοντα, ἑπτάκις ἐπιλέγων τὴν ἄνωθεν εὐχήν.

Καλεῖται δὲ τοῦτο εὐχέλαιον οὐκ ἐσχάτη χρίσις· οὐ γὰρ μένομεν τὰ λοίσθια τοῦ κάμνοντος καὶ τότ' εἰς ταύτην ἐρχόμεθα, ἀλλ' ἔτι ἐλπίδας ἀγαθὰς ἔχοντες

ipse in nomine unigeniti Filii tui, gratiaque et adventu Sanctissimi Spiritus tui sana Servum tuum N. liberans eum a morbo quo laborat et relevans ipsum molesto lecto ut recte valens celebret te aeternum patrem et coaeternum Filium tuum una cum Spiritu tuo coaeterno, Deum unum in tribus hypostasibus et una essentia, cui gloria et honor et potentia sempiterna nunc et semper atque in saecula saeculorum amen. Atque eadem haec quilibet septem Presbyterorum facit. Si vero pauciores sint, ut dictum est, quidam eorum dupla recitant. Si vero unus tantum (adsit), legit ille omnia, et septies ungit aegrotantem, septies superiorem precationem subjiciens.

Caeterum hoc Euchelaeum non vocatur extrema unctio; neque enim extrema aegroti exspectamus et tunc ad hanc accedimus: verum bene adhuc de valetudine ipsius sperantes, utimur isto mysterio sive mystica ceremonia,

---

1) Autogr. habet sigla, quae recte intellexisse videtur editor. Non enim facile τόνδε, quod est in Euchol. per compendia illa significasset scriptor. — 2) Edit. Εἰδ'. In hac iteratione repetita sita est Graecorum a Latinis discrepantia, quare qui ex his de Graeca ecclesia scripserunt, hujus ritus rationem vehementer improbarunt, veluti *Arcadius de concordia eccles. occid. et orient. in VII. Sacram. administratione v. 6.* — 3) Veteres quum certe διπλῇ dixerint, placuit, et illi formae jota subscribere.

ὑπὲρ τῆς ὑγιείας ἐκείνου χρώμεθα τούτῳ τῷ μυστηρίῳ, εἴτουν μυστηριώδει τελετῇ, δεόμενοι τοῦ Θεοῦ, ἰατρεῦσαι τοῦτον καὶ τῆς νόσου διὰ τάχους ἀπαλλάξαι. Ὥστε οὐχ ἅπαξ τοῦ βίου, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἔξεστι χρῆσθαι τούτῳ· καθὰ καὶ τοῖς ἰαματικοῖς φαρμάκοις τοσαυτάκις χρώμεθα, ὁσάκις νοσήσομεν.

precantes Deum, ut sanare eum velit atque a morbo quam citissime liberare. Itaque non semel (duntaxat) in vita, sed et saepius illo uti licet; quemadmodum etiam medicantia pharmaca toties adhibemus, quoties aegrotamus.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἐκκλησίας παραδόσεων.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἁγίων μυστηρίων καὶ τῶν περὶ ταῦτα τελετῶν ἀρκούντως ἤδη λέλεκται. Ἀπεδείχθη γάρ, τὰ μὲν μυστήρια εἶναι ἐκ προστάγματος θεοῦ, τὰς δὲ τούτων τελετὰς παραδόσεις εἶναι τῆς παλαιᾶς καὶ πρωτοτύπου ἐκκλησίας, συνειλεγμένας μέντοι ὡς τὰ πολλὰ παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς.

Παρὰ ταύτας δὲ ὁρῶμεν καὶ ἄλλας παραδόσεις, ἃς ἡ τοὺς Ἀποστόλους διαδεξαμένη ἐκκλησία παρέλαβέ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτὴν παρέδωκε φέρουσα, χρησίμους τε οὔσας καὶ τὸ κοινὸν ταύτης πλήρωμα κοσμούσας, εἰ μόνον μετὰ τοῦ προσήκοντος λόγου καὶ ἄνευ καταχρήσεως λαμβάνοιντο. Πανταχοῦ γὰρ ἡ κατάχρησις κακόν, ὃ κἂν αὐτοῖς τοῖς πάνυ ἰαματικοῖς φαρμάκοις πάρεστιν ἰδεῖν. Κἀκεῖνα γὰρ μὴ προσηκόντως καὶ κατὰ λόγον προσφερόμενα τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ ἰᾶσθαι τοὺς

Caput XIV.

De caeteris Ecclesiae traditionibus.

την ὁμολογούντων καὶ διὰ τοῦτο τῇ γαστρὶ τὰ πάντα χαριζομένων, οὓς ὁ Ἀπόστολος χλευάζων ἔλεγε· [1]) *Εἰ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι, φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Ἐχρῆν* [2]) *μὲν οὖν τὸν πάντα βίον ἐν νηστείᾳ ἡμᾶς ἄγειν, ἵν᾽ ὅσῳ ὁ ἔξω ἄνθρωπος φθείρεται, τοσούτῳ ὁ ἔνδον ἀνανεοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. Ὅμως ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἡ νηστεία ἐπίπονόν τι δοκεῖ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει καὶ οὐ πάνυ καταθύμιον, ἡμεῖς δὲ ῥᾳθύμως πρὸς τὰ ἐπίπονα διακείμενοι· οὐ δυνάμεθα πάντοτε τούτοις ἐνασκεῖν. Ἐπενόησεν ἡ ἀρχαία* [3]) *καὶ πρωτότυπος ἐκκλησία χρόνον διωρισμένον, ἐν ᾧ δεῖ πάντας τοὺς Χριστιανοὺς κοινῇ προσευχαῖς καὶ νηστείαις σχολάζειν.*

Ἔστι δὲ ὁ χρόνος οὗτος ἡ πρὸ τοῦ Πάσχα τεσσαρακονθήμερος νηστεία.

Πρῶτον μὲν ὅτι τῇ κυριακῇ, ἧς τῇ ἐπαύριον [4]) *ἀρχόμεθα ταύτης τῆς νηστείας, μνήμην ποιούμεθα τῆς τῶν πρωτοπλάστων ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξορίας. Παρεικάζοντες οὖν οἱ ἅγιοι πατέρες τὸν χρόνον ἐκεῖνον τῇ ἡμετέρᾳ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ διαγωγῇ, μοχθηρᾷ οὔσῃ καὶ μυρίων κακῶν*

ab iis qui illam negant, ideoque ventri in omnibus gratificantur; quos idem Apostolus illudens dicebat: *Si resurrectio mortuorum non est, edamus et bibamus: cras enim morimur.* Omnem itaque vitam nostram in jejunio transigere oportebat, ut quantum externus homo corrumpitur, tantum internus indies renovetur. Veruntamen cum jejunium naturae nostrae molestum minimeque gratum esse videatur, nosque aegre, quae molesta sunt, perferamus; non possumus perpetuo in his exerceri. Prisca igitur et primigenia Ecclesia definitum tempus constituit, quo Christianos omnes simul precibus et jejuniis vacare decet.

Est autem hoc tempus quadragesimale ante Pascha jejunium.

Et primo quidem ideo, quoniam die isto Dominico, postridie cujus jejunium illud inchoamus, mentionem facimus exilii primorum parentum e paradiso. Sancti itaque patres quoniam tempus illud cum vitae nostrae in hoc mundo, statu misero atque infinitorum malorum, ad quae ob peccatum primorum

---

1) Locus ex I Corinth. XV. 13 et 32 conflatus. — 2) Autogr. ἐχρῆν. — 3) Autogr. ἀρχαῖα. — 4) Dictio Graecis insolita. Autogr. cum edit. habet ἐπ᾽ αὔριον. De jejunio cfr. Conf. Orth. I. q. 88 in mea symbol. Orient. edit. p. 160; de re *Murawieff Briefe* p. 79.

ἀνάπλεῳ,[1]) οἷς κατεκρίθημεν διὰ τὴν τῶν προγόνων παράβασιν ἐκέλευσαν διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς τὸν θεὸν ἱκετεύειν, καὶ λύτρωσιν τῶνδε ἀνιαρῶν παρ' ἐκείνου ζητεῖν, ἧς δὴ καὶ τυγχάνομεν τῇ ἀναστάσει τοῦ θεοῦ λόγου τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σαρκωθέντος καὶ παθόντος καὶ ἀναστάντος, ὅθεν καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως λήγοντες τῆς πενθίμου νηστείας χαίρομεν ἐν κυρίῳ καὶ εὐφραινόμεθα.

Ἔτι πένθος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος χρόνος ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ, ἐκπεσόντος τῆς θείας δόξης διὰ τὴν εἰς τὸν Μεσσίαν παροινίαν[2]) καὶ ἀσέβειαν. Νηστεύομεν οὖν καὶ πενθοῦμεν δεόμενοι τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ἀνακλήσεως, ἣν καὶ ἐλπίζομεν ἐν τάχει ἔσεσθαι σὺν θεῷ.

Πρὸ δὲ τούτων, ἐπειδὴ ἐπὶ θύραις τὸ τοῦ κυρίου ὑπὲρ ἡμῶν πάθος,[3]) συσταυρούμεθα καὶ συννεκρούμεθα τῷ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ σταυρωθέντι καὶ νεκρωθέντι, ἵνα καὶ συναναστῶμεν αὐτῷ καὶ συνδοξασθῶμεν, ἤδη ἀναστάντι καὶ παρὰ πάντων δοξαζομένῳ.

Ἡ δὲ νηστεία τῆς τετάρτης καὶ ἕκτης πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑβδομάδων

parentum damnati sumus, pleno comparant; jejunio ac precibus Deo supplicare, atque ab ipso harum aerumnarum liberationem quaerere jubent. Et vero consequimur illam resurrectione Verbi Dei, pro nobis incarnati, passi et resuscitati; quapropter etiam in die resurrectionis, cessantes a tristi jejunio, in Domino gaudemus atque oblectamur.

Deinde tempore isto Israëlem, eo quod gloria divina, propter contumeliam atque impietatem in Messiam exciderit, lugemus. Jejunamus itaque et lugemus, invocantes Deum pro illius revocatione, quam etiam mox cum Deo futuram speramus.

Potissimum autem, quoniam Domini pro nobis passio (tunc) instat. Una cum eo, qui pro nobis crucifixus et mortuus, nos crucifigimur et morimur, ut una cum eo, qui jam tum resurrexit atque ab omnibus celebratur, nos quoque resurgamus et celebremur.

Jejunium autem diei quarti et sexti omnium anni hebdomadum propterea institu-

---

1) Adjeci jota subscr., quod in autogr. et in edit. desideratur. — 2) Autogr. παροινείαν, quae forma nusquam legitur. — 3) Secutus sum autogr. intercisionem, ita ut πρὸ — τούτων arcte conjungendum sit cum verbis συσταυρ. et συννεκρ. Hornejus post πένθος plenam posuit intercisionem.

ἐπινενόηται, ὅτι ἐν ταύταις μεγάλα πράγματα διεπράχθη. Τῇ μὲν γὰρ τετάρτῃ ἐπράθη ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ καὶ προδότου ὁ βασιλεὺς τοῦ κόσμου. Τῇ δὲ ἕκτῃ τῷ σταυρῷ ἐκρεμᾶτο ὁ μετέωρον τὴν γῆν κρεμάσας.[1]) Θέλοντες οὖν συναλγῆσαι τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀλγήσαντι νηστείαν ἄγομεν κατὰ ταύτας τὰς δύο ἡμέρας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, λύπης καὶ ἄλγους πρόξενον οὖσαν.

Ἑορτῆς δὲ δεσποτικῆς ἐμπεσούσης τινὶ τῶν ῥηθεισῶν ἡμερῶν, οἷον γενεθλίων Χριστοῦ ἢ ὀνομαστηρίων εἴτουν περιτομῆς ἢ βαπτιστηρίων ἢ ἡστινοσοῦν ἄλλης, εἰ μόνον εἴη δεσποτική, καταλύεται ἡ τῆς ἡμέρας ἐκείνης νηστεία.

Ὁ δὲ τρόπος τῆς τεσσαρακονθημέρου νηστείας ἐστὶν ἀπέχεσθαι κρέατος καὶ τῶν ἀπὸ τούτου, οἷον γάλακτος, βουτύρου, τυροῦ καὶ ᾠῶν, καὶ δὴ καὶ ἰχθύων. Ἐσθίομεν δὲ ὀπώρας, ὄσπρια καὶ λάχανα, ἀρτύοντες αὐτὰ βραχεῖ ἐλαίῳ. Πίνομεν καὶ ὀλίγον οἶνον ὕδατι κεκραμμένον. Οἱ δὲ μοναχοὶ οὔτε ἐλαίῳ χρῶνται οὔτε οἴνῳ κατὰ τὸν χρόνον τῆς νηστείας, εἰ μὴ δὶς τῆς ἑβδομάδος, ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ. Τοῖς δὲ Μοσχοβίταις καὶ

tum est, quoniam illis (diebus) res magnae fuere peractae. Etenim quarto rex mundi a discipulo et proditore est venundatus: sexto autem in cruce pependit is, qui terram in sublimi suspendit. Vicem ergo ejus, qui passus pro nobis est, dolituri, jejunium, quod moestitiam doloremque conciliat, istis duobus per totum annum diebus, celebramus.

In dies autem jam dictos si festum dominicum incidat, e. g. nativitatis Christi vel tale quod nomini cujuspiam consecratum est, vel etiam circumcisionis vel baptismi vel cujuscunque alterius, modo dominicum sit, cessat illius diei jejunium.

Caeterum modus jejunium quadragesimale celebrandi est, abstinere a carnibus aliisque inde (provenientibus) e. g. a lacte, butyro, caseo et ovis; quin etiam a piscibus. Comedimus autem fructus autumnales, legumina et olera, modico illo condientes oleo. Etiam aliquantulum vini, aqua diluti, bibimus. Monachi autem tempore jejunii neque oleo neque vino nisi bis in hebdomade, in sabbato nimirum et die dominico, utuntur. Moscovitis tamen et Russis piscium esus ideo

1) Secutus sum intercisionem, quam praeivit autogr., quum apertum sit, hinc novam enunciationem exordiri. Mediam posuit Hornejus. De duobus illis jejunio dicatis diebus legatur *Heineccius* l. l. III. p. 390.

'Ρώσσοις συγκεχώρηται ἡ τῶν ἰχθύων ἐδωδὴ διὰ τὸ ἀπορεῖν ἐκείνους οἴνου καὶ ἐλαίου. Κατὰ δὲ τὰς τετάρτας καὶ ἕκτας τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑβδομάδων ἀπεχόμεθα μὲν κρέατος καὶ πάντων τῶν ἀπ' ἐκείνου, ὡς εἴρηται, ἰχθύων δὲ οὐ πάντες. Ἀδιάφορος γὰρ δοκεῖ ἡ τούτων βρῶσις κατὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας.

concessus est, quoniam vino et oleo destituuntur. Quarto autem et sexto hebdomadum anni diebus abstinemus a carne omnibusque carneis (cibis), uti dictum est; a piscibus tamen non omnes: horum enim comestio istis diebus videtur esse indifferens.

Κεφ. ιθ'.

Περὶ Μοναχῶν.

Ἡ τῶν μοναχῶν τάξις δοκεῖ μὴ χθὲς καὶ πρότριτα ἀρξαμένη, ἀλλὰ καταρχὰς τῶν τῆς ἐκκλησίας κρηπίδων ἔτι καταβαλλομένων. Ἔοικε δὲ μήτε πρὸς σύστασιν τῆς ἐκκλησίας μήτε πρὸς τὴν ἐκείνων αὐτῶν σωτηρίαν ἀναγκαίως τι συνεισφέρειν δύνασθαι. Ἥ τε γὰρ ἐκκλησία ἄνευ μοναχῶν δύναται συστῆναι, κἀκεῖνοι δίχα τοῦ ἐπαγγέλματος δύνανται σωθῆναι, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ λαϊκοὶ Χριστιανοὶ, ἀλλ' οἷον κόσμος τις καὶ καλωπισμὸς [1]) τῇ ἐκκλησίᾳ διαπρέπων.

Ἐπειδὴ γὰρ αὕτη παράδεισος εἴτουν κῆπος θεοῦ νοητῶς [2]) καλεῖται, τὸν δὲ κῆπον πολλὰ καὶ διάφορά ἐστι τὰ κοσμοῦντα, οἷον ἀνθέων ποικίλα χρώματα καὶ διάφοροι εὐοδμίαι, δέν-

Caput XIX.

De Monachis.

Monachorum ordo non heri et nudius tertius, sed ab initio jacti Ecclesiae fundamenti coepisse videtur. Neque tamen ad Ecclesiae constitutionem neque ad ipsorum illorum salutem quidquam necessario conferre potest. Etenim Ecclesia absque monachis consistere potest, atque hi citra professionem (illam) quemadmodum et reliqui Christiani laici salvari queunt. Sed ornamentum quasi quoddam est et decus Ecclesiae excellens.

Cum enim haec paradisus seu hortus Dei intelligibilis vocetur, horti autem multa ac varia sint ornamenta, videlicet florum varii colores et diversa suaveolentia, arborum omnigenarum compo-

---

1) Ita autogr., quod reservare placuit, quum et apud Graecos aliquoties dicatur *καλωπὸς*, *qui pulchra est facie*. Paullo ante scriptum inveni *κόσμός*. Laudes monachorum praedicarunt etiam patres *synodi Hierosolymitani* in mea symb. Orient. edit. p. 477. — 2) [Hornejus hanc vocem rectius ad *κῆπος* retulit, *intelligibilis* vertendo, unde *νοητός* scripsisse auctorem autumo. *W.*]

ν παντοδαπῶν εὔτακτοι
ἡρμοσμέναι φυτεῖαι,
πῶν ὡραίων καὶ ἀλλ'
λλήλων εἴδη· οὕτως
ῆν καὶ τὸν νοητὸν κῆ-
τοῦ Θεοῦ, τὴν ἁγίαν
λησίαν, ποικίλαις δια-
'αῖς κοσμεῖσθαι, πάσαις
τοι Θεαρέστοις καὶ τὸν
ὸν σκοπὸν ἐχούσαις, ὅς
ν ἡ τῆς αἰωνίου ζωῆς
'ευξις.

'τι τῶν τῆς Χριστιανικῆς
ιδασκαλίας τὰ μέν ἐστιν
αγματικὰ ὡς ἀναγ-
κ [1]), οἷον τὸ μὴ φονεύ-
μὴ κλέπτειν, μὴ μοι-
ειν, μὴ πορνεύειν, καὶ
τούτοις παρόμοια· τὰ
ἐπιταγματικὰ μὲν ὡς
γκαῖα οὐκ ἂν εἴη, ἐπαι-
ὲ δὲ ἄλλως καὶ πολλῶν
ωμίων ἄξια, οἷον τὸ
ἀληθοῦς παρθενίας κα-
θωμα, ἡ ἐσχάτη ἀκτη-
ύνη, ἡ ἀκρὰ ὑπομονὴ,
καὶ τὴν ἑτέραν παρειὰν
τείνειν τῷ ἤδη θατέραν
σαντι, [2]) καὶ τελευταῖον
ὸ ἡ παντελὴς ἀπαλλαγὴ
τοῦ κόσμου θορύβων.

χρῆν δὲ εἶναί τινας ἐν
ἐκκλησίᾳ, οἳ καὶ ταῦτα
ἔλθοιεν, ἵνα μὴ παντε-
ἀργὰ ᾖ τὰ κυριακὰ
ατα, ὅπερ οὐ τὸ τυχὸν
χος προσῆψεν ἂν τῇ
στιανικῇ διδασκαλίᾳ,
ενὸς ὄντος τῶν τούτων
ποιουμένων. Ἔφασαν
ἂν οἱ ἔξω καταμωκώ-
οι ἡμῶν· Εὖγε, εὖγε

sitae et convenientes plantationes, pulchrorum multorumque fructuum species; ita et sanctam Ecclesiam, intelligibilem illum Dei hortum, variis institutis iisque omnibus Deo gratis atque ad eundem scopum vitae sc. aeternae adeptionem tendentibus exornari oportuit.

Porro quaedam doctrinae Christianae praecepta sunt quasi observatu necessaria, e. g. *Non occides*, *Non furaberis*, *Non moechaberis*, *Non scortaberis*, quaeque his similia: quaedam vero mandata non sunt quidem plane necessaria; laudabilia tamen et multis digna encomiis, e. g. verae virginitatis recta conservatio, extrema inopia, singularis tolerantia, qua malam alteram percutienti utramque porrigas, et ipsa denique mundani strepitus summa devitatio.

In Ecclesia vero nonnullos, qui haec sectantur, exstare oportet, ne verba Domini plane sint otiosa. Equidem si nemo sit, qui talia expetat, doctrina Christiana non parum deformaretur. Ethnici enim, derisores nostri, euge, euge, dixerint, cum talia Christianorum doctrina praecipiat, quae nemo

1) Autogr. ἀναγκαία, paullo post recte, quod festinationis signum — 2) Matth. V. 39. Luc. VI. 29.

τῆς Χριστιανῶν διδαχῆς, τοιαῦτα ἐπιταττούσης, οἷα οὐδεὶς τῷ δακτύλῳ γοῦν κινῆσαι ἐθέλει,[1]) οὐχ ὅπως καὶ κατορθῶσαί τι τούτων. Νῦν δὲ ὄντων μὲν τινῶν, τῶν ταῦτα μεταχειριζομένων, τῶν δὲ λοιπῶν Χριστιανῶν ἀποδεχομένων καὶ ἐπαινούντων τὴν ἐκείνων προαίρεσιν, ἡ ἀπὸ τούτων δόξα κοινῇ πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ συμβαίνει. Ὅπερ πάρεστιν ἰδεῖν παρ' ἡμῖν. Οὐ πάντες μὲν μοναχοὶ τελοῦσι, τοὺς ὄντας δὲ οἱ λοιποὶ ἀποδέχονται καὶ ἄγονται, καὶ οὕτως ἑκατέρωθεν ὁ θεὸς δοξάζεται.

digito saltim movere, nedum quidquam eorum praeclare peragere velit. Jam vero cum nonnulli sint, qui hoc aggrediantur, approbantibus et collaudantibus ipsorum institutum reliquis Christianis, gloria quoque inde in Ecclesiam redundat universam. Id quod apud nos observare licet, (ubi) omnes quidem monachi non sunt, laudant tamen hos et admirantur caeteri, et sic utrinque Deus celebratur.

Πρὸς τούτοις πάντες μὲν οἱ Χριστιανοί, οἵ τε λαϊκοὶ οἵ τε μοναχοὶ τοῦ αὐτοῦ σκοποῦ στοχάζονται, ὅς ἐστιν ἡ ἐν Χριστῷ αἰώνιος ζωή — οὐδεὶς γὰρ ἐπιτεύξεται ταύτης ὀλιγωρῶν — δοκεῖ δὲ ἡ τῶν μοναχῶν ὁδὸς ἀπηλλαγμένη οὖσα τῶν τοῦ κόσμου θορύβων οὐ μικρῶν ἐμποδίων τῇ ἀρετῇ ὄντων, ἐπιτομωτέρα εἶναι καὶ ῥᾴων πρὸς τοῦτο ἢ ἡ τῶν λαϊκῶν, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Ἀποστόλῳ,[2]) φάσκοντι· τὸν γεγαμηκότα μεριμνᾶν τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί, τὸν δὲ ἄγαμον μεριμνᾶν τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ.

Praeterea omnes quidem Christiani tum laici tum monachi ad eundem collimant scopum, qui est vita in Christo aeterna (hanc enim quisquis parvi penderit, non consequetur); via autem, quam monachi cum a turbamentis mundi, haud exiguis illis virtutum obstaculis, aliena sit, compendiosior quoque magis et facilior ad illud, quam laicorum esse videtur, teste Apostolo, asserente *eum, qui uxorem duxerit, sollicitum esse de his quae mundi sunt, quomodo uxori sit placiturus; caelibem vero curare ea, quae Domini sunt, quomodo placiturus sit Domino.*

---

1) Matth. XXIII. 4. — 2) 1 Cor. VII. 32, 33. quem locum ad commendandam monachorum vitam excitavit etiam *Murawieff Briefe* etc. p. 213.

Διάγουσι δὲ οἱ ἡμετεροὶ μοναχοὶ ζωὴν πανὺ στενὴν καὶ τεθλιμμένην. Ἡ γὰρ τούτων δίαιτα, ἥ τε περὶ τὴν τράπεζαν ἥ τε περὶ τὴν κλίνην [1]) ἐστὶ χαλεπωτάτη.

Ἡ μὲν οὖν περὶ τὴν τράπεζαν ἔστιν ἐν ὀσπρίοις καὶ λαχάνοις, τετράκις γὰρ τῆς ἑβδομάδος ἠρτυσμένοις βραχυτάτῳ ἐλαίῳ, ἐν κυριακῇ, ἐν τρίτῃ, ἐν πέμπτῃ καὶ ἐν ἑβδόμῃ, ἣ καὶ σάββατον λέγεται, καθ' ἃς ἡμέρας μεταλαμβάνουσι καὶ ὀλίγον οἴνου ἡμικράτου ὕδατι· ἰχθύας μὲν ἔξεστιν ἐνίοτε, ἀλλὰ τῶν μοναστηρίων κειμένων ἐν ὄρεσι καὶ ἐρήμοις χαλεπῶς δύνανται πορίζεσθαι, διὸ σπανίως πάνυ τούτων μετέχουσιν. Ἔξεστι μέντοι καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ κρέατος ἔσθ' ὅτε γεύεσθαι, οἷον γάλακτος, βουτύρου, τυροῦ, ᾠῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ τόπου δυσχέρειαν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τούτων ἀποροῦσι. Κρέας οὐδέποτε ἐσθίουσιν· οὐ κατά τινα νόμον τῆς ἐκκλησίας — οὐδὲ γὰρ ἔστι [2]) τοιοῦτος νόμος, — οὐδὲ κατ' εὐχὴν — οὐδὲ γὰρ ηὔξατό ποτέ τις τῶν καθ' ἡμᾶς μοναχῶν μὴ φαγεῖν κρέας, ἀλλὰ κατὰ συνήθειαν καὶ μόνην. Τὰς δὲ λοιπὰς τρεῖς ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος, οἷον τῇ δευτέρᾳ, τῇ τετάρτῃ, τῇ

Degunt autem monachi nostri vitam plane austeram afflictamque. Est enim illorum vivendi ratio tum quoad cibum tum quoad lectum difficillima.

Ad victum igitur quod attinet, constat ille leguminibus et oleribus, quater in hebdomade modico oleo conditis; Dominico nimirum die, tertio, quinto et septimo, qui et sabbatum vocatur; quibus diebus aliquantulum vini aqua diluti accipiunt. Pisces quidem interdum comedere licet: verum cum monasteria in montibus et desertis sita sint, aegre suppeditari queunt; ideo illorum rarissime fiunt participes. Etiam ea, quae ex carne proveniunt, gustare quandoque licet, e. g. lac, butyrum, caseum, ova; verum per loci incommoditatem horum quoque penuria ut plurimum laborant. Carne vescuntur nunquam; non quidem ex lege quadam Ecclesiae; neque enim ejusmodi lex datur: neque propter votum; nullus enim monachorum nostratium se carnem non comesurum vovit; verum ex sola consuetudine. Reliquis autem tribus hebdomadis diebus, secundo sci-

1) Autogr. *κλίνειν* per scribendi levitatem. De lecti austeritate, cui monachi Graeci sunt adstricti, dixit etiam *Heineccius* l. l. III. p. 405. — 2) Ita recte autogr. Hornejus de verbi subst. vi parum meditatus scripsit *γάρ ἐστι*.

ἕκτῃ νηστείαν ἄγουσιν ἴσα καὶ τῇ πρὸ τοῦ πάσχα τεσσαρακονθημέρῳ.

Η περὶ τὴν κλίνην δίαιτά ἐστιν ἐπὶ στιβάδος ἢ ἐπὶ σανίδος, ὑποβλήματος ἐνίοτε ὑφ' ἁπλουμένου οὐ πάνυ παχέως· ἅπας ὁ ὕπνος οὐ πλέον τῶν τεσσάρων ὡρῶν. Τινὲς δὲ καὶ εἰς δύο μόνας ὥρας ἀρκοῦνται.

Τὰ ἐνδύματα λίαν εὐτελῆ καὶ ὀλίγης τιμῆς ἄξια· μέλανα, οὐ κεχρωματισμένα, ἀλλὰ ἐκ μελάνων προβάτων.

Τρὶς τῆς ἡμέρας εὔχονται κοινῇ ἐν τῷ ναῷ· ἑσπέρας καὶ πρωῒ, ἀρξάμενοι ἀπὸ μεσονυκτίου, καὶ μεσημβρίας. Ἔχουσι μέντοι καὶ ἄλλας ἰδίας εὐχὰς παρὰ τὰς εἰρημένας, ἃς δεῖ ἕκαστον κατ' ἰδίαν ἀνύειν ἐν τῷ αὐτοῦ δωματίῳ.

Οὐδεὶς ἀναγκάζεται παρ' ἡμῖν μοναχὸς γενέσθαι, οὔτε τῶν υἱῶν οἱ δεύτεροι, οὔτε τῶν θυγατέρων — ἔχομεν γὰρ καὶ γυναικεῖα [1]) μοναστήρια τῇ αὐτῇ διαίτῃ τοῖς ἀνδρῴοις κεχρημένα — ἵν' οἱ πρότεροι πλουσιώτεροι ὦσιν, ὅπερ πυνθανόμεθα παρ' ἄλλοις γίνεσθαι, παρ' ἡμῖν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γίνεται, ἀλλ' οἱ βουλόμενοι.

Ὅσοι δὲ γραμμάτων ἄπειροι, ἐργάζονται ταῖς ἰδίαις

licet, quarto et sexto et jejunant aeque atque tempore quadragesimali ante Pascha.

Quod lectum attinet, mos est cubandi in stibadio, vel super asserem in expanso interdum substramine, haud admodum denso. Somnus in universum ultra quatuor horas non extenditur. Nonnullis duae duntaxat horae sufficiunt.

Vestimenta admodum vilia (ipsis sunt) et exigui pretii; eaque nigra, nullo quidem colore tincta, sed de nigris ovibus.

Ter quotidie publice in templo orant; vesperi, mane item, de media nocte incipientes, et meridie. Praeter istas precationes jam commemoratas etiam alias privatas habent, quae unicuique seorsim in cubiculo suo sunt peragendae.

Nemo apud nos monachus fieri cogitur neque filii, neque filiae natu posteriores (habemus enim feminarum quoque monasteria, quae eadem vivendi norma cum virorum coenobiis utuntur), ut majores natu ditiores evadant, quod ipsum apud alios fieri comperimus, apud nos vero nihil tale fit; sed volentes.

Caeterum quotquot literarum rudes sunt, manibus

---

1) Autogr. γυναικεία. De his feminarum monasteriis dixit aliqua *Heineccius* I. l. p. 400.

χερσί, κἀντεῦθεν πάρεστιν εὑρεῖν ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ χαλκεῖς, ῥάπτας, οἰκοδόμους, βυρσοδέψας,[1]) σκυτοτόμους, ὑφάντας, καὶ εἴ τις ἄλλη τέχνη χρήσιμος ἐκείνοις. Τοῦτο γάρ ἐστιν εἰς δόξαν θεοῦ, ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶ, καθὼς ὁ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος καὶ ἐποίει [2]) καὶ ἐδίδασκε, [3]) ἀφ' ὧν ἂν δύναιντο καὶ ἑαυτοὺς τρέφειν καὶ τοὺς δεομένους ἐπικουρεῖν. Καὶ μέντοι ἐπικουροῦσι τὰ εἰς δύναμιν. Πάντας γὰρ τοὺς ξένους ἀποδέχονται εὐμενέστατα, καὶ τραπέζης τούτοις κοινωνοῦσιν, ἐφ' ὅσαις ἡμέραις παραμένοιεν· ἐξιόντας δὲ, ἐφοδιάζουσιν, ὡς οἷόν τε.

Αἱ εὐχαὶ δὲ εἴτουν ἐπαγγελίαι τῶν ἡμετέρων μοναχῶν εἰσὶν αὗται· σωφροσύνη, ἀκτημοσύνη, ὑπακοὴ καὶ ὑπομονή· οὐδὲν ἕτερον. Ἃς εὐχὰς οὕτω θερμῶς φυλάττουσιν, ὡς ἀγωνίζεσθαι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἁμιλλᾶσθαι, τίς τῶν ἄλλων δοκιμώτερος ἐν τούτῳ φανείη.

suis opus exercent. Atque hinc adeo in quolibet monasterio reperire licet fabros ferrarios, sartores, aedificatores, coriarios, sutores, textores et si qua alia ars ipsis utilis. Etenim vergit in gloriam divinam, manibus suis operari (quemadmodum etiam b. Apostolus Paulus et opus fecit et docuit); unde et semetipsos sustentare et egenos sublevare possint. Et sane quoad possunt, sublevant: omnes enim hospites benignissime recipiunt, iisque diebus, quibus permanent, mensae faciunt participes; abeuntes autem, quoad ejus fieri potest, viatico instruunt.

Vota autem sive promissa nostrorum monachorum haec sunt: Temperantia, paupertas, obedientia, et tolerantia; nihil praeterea. Quae vota usque adeo ardenter servant, ut quisnam ipsorum ea in re spectatissimus sit, invicem certent et contendant.

1) Autogr. male omisit σ; scripsit βυροδ. De monachorum ineruditorum laboribus lege *Ricaut Beschreibung des gegenwärtigen Zustandes der gr. Kirche* p. 54. — 2) Actor. XVIII. 3. — 3) 1 Thess. IV. 11.

Κεφ. κ'.

Περὶ τοῦ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων.

Ὅτι μὲν καὶ αὕτη ἡ παράδοσις τῶν ἀρχαίων ἐστὶν, παντί που δῆλον. Οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν τῆς ἐκκλησίας ἁγίων πατέρων, ὃς οὐ μέμνηται ταύτης· ἀλλὰ πάντες ὁμοθυμαδὸν καὶ διηγηματικῶς καὶ προτρεπτικῶς φαίνονται μνήμην ταύτης ποιούμενοι· Ἀθανάσιος ὁ πολύαθλος,[1]) Βασίλειος ὁ μέγας,[2]) Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὸν ἀδελφὸν Καισάρειον λόγῳ,[3]) Ιωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης[4])

Caput XX.

De Precibus pro defunctis.

Hanc quoque traditionem esse veterum, unicuique fere patet: neque enim quisquam est sanctorum ecclesiae patrum, quin mentionem ejus fecerit; cum omnes unanimi consensu et narrando et suadendo illius meminerint. Athanasius sc. multis certaminibus nobilis; Basilius M., Gregorius Theologus oratione in laudem fratris Caesarii; Joannes Chrysostomus in explicatione prioris ad Corinthios et ejus quae est ad Thessalonicenses; Epiphanius in opere

---

1) Meminit hujus rei *Athanasius* var. Quaest. 34: Intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exsangui immolatione et gratificatione pro ipsis facta; *idem in serm. de dormientibus.* Oleum enim et cera holocaustum est; incruentae autem hostiae oblatio propitiatio est. — 2) In mente habet Liturgiam, quae sub Basilii nomine circumfertur et apud Goarum legitur. Ex *oblationibus* enim, quae *pro martyribus* afferri solebant, natae sunt orationes pro martyribus et defunctis, quales Orientalium Liturgiis interpositae sunt. De toto hoc genere cultus legatur *Joach. Hildebrand primitivae ecclesiae affectorium pro defunctis, h. e. de veterum oblationibus missis, eleemosynis pro defunctis Helmst.* 1745. — 3) Annuae mortuorum commemorationis mentionem injicit in illa oratione (X. edit. Prunaei. Paris 1609. p. 170): *τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν τοιαῦτα· εἰ δὲ μικρὰ καὶ τῆς ἀξίας ἐλάττω, καὶ θεῷ φίλον τὸ κατὰ δύναμιν. Καὶ τὰ μὲν ἀποδεδώκαμεν, τὰ δὲ δώσομεν, τὰς δι' ἔτους προσφέροντες τιμάς τε καὶ μνήμας οἵ γε τῷ βίῳ περιλειπόμενοι.* — 4) Hom. 41 in I Cor. Memorare etiam potuerat III. homil. in Philipp. et homil. 69

τῇ πρὸς Θεσσαλονι-
, [1]) Ἐπιφάνειος ἐν τῷ
ὰ αἱρέσεων [2]) καὶ συν-
'τι φάναι παρὰ πᾶσι
τε ἁγίοις πατράσι τοῖς
ἱστοριογράφοις τῆς ἐκ-
σίας [3]) λαμπρὰ καὶ πε-
ῦτῆς ἡ τοιαύτη παρά-
ς εὑρίσκεται.

contra haereses: et ut verbo dicam, apud omnes tum sanctos patres, tum ecclesiae historiographos clare et manifesto talis traditio reperitur.

άντας οὖν τούτους λέ-
ἡμαρτηκέναι τῆς ἀλη-
ς καὶ οὐκ ὀρθῶς περὶ
τοιούτου πεφρονηκέ-
οὔθ' ὅσιον οὔτε πρὸς
κῶν καὶ εὐσεβείας ἀν-
ιουμένων δόξειεν εἶναι.

Hos igitur omnes a veritate aberrasse, nec recte ea de re judicasse, neque fas sit asserere, neque modestiae probitatisque studiosis dignum.

οικε δὲ ἡ ἐκκλησία καὶ
ην ἐκ τοῦ θείου ῥήμα-
συλλέξαι. Εὕρηκε γὰρ
τὸν ἀπόστολον κελεύ-
τοὺς Κορινθίους πα-
ῦναι τὸν πεπορνευκότα
Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς
:ὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα ἐκεί-
σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ
ου, [4]) τὸν δὲ αὐτὸν
τολον ἀλλαχοῦ φά-
τα περὶ ἑαυτοῦ, ἐπιθυ-
ἀναλῦσαι καὶ σὺν
τῷ εἶναι. [5])

Consentaneum vero est, ecclesiam e verbo divino illam quoque collegisse. Ibi enim Apostolum invenit jubentem Corinthios *tradere* eum, qui scortatus fuerat, *Satanae ad interitum carnis, quo spiritus salvetur in die Domini.* Eundem porro Apostolum alibi de se ipso dicentem: *Se desiderare dissolvi et esse cum Christo.*

---

tioch. XXI. hom. in Act. apost. §. 4: κἂν μάρτυρες ὦσι κἂν ὑπὲρ ρων. Hom. XXVI. in Matth.: Idcirco enim altari assistens os pro universo orbe terrarum, pro absentibus et praesentibus, s, qui ante nos fuerunt, sacrificio illo Deo nos gratias jubet
.

) De mortuorum in precibus commemoratione non egit illic ost.; in universum tantum dixit de orationis, quae fit aliorum vi ac pondere, uti in epist. ad Thess. I. hom. 1. p. 1412, in n epist. hom. IV. p. 1508, hom. V. p. 1510 edit. Paris. 1636. — r. III. haer. 75 de Aerio agens: Erat autem ipsi Aerio sermo is magis, quam humanae conditionis, et dicebat: Qua ratione post n nominatis nomine mortuorum? et paullo post: De eo verbo, proferantur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit — 3) Euseb. Vit. Constant. IV. 7. Cfr. praeterea *Boehmer istl. Alterthumswissenschaft* II. B. p. 437 et *Meiners Gesch. lig.* I. 290 sqq. — 4) I Cor. V. 5. — 5) Philipp. I. 23; ante ἐπιθυμεῖν posui comma; pendet enim a verbo φάσκοντα.

Δύο τοίνυν παρατηρητέον ἐνθάδε, καὶ ἀκριβῶς μέντοι παρατηρητέον.

Ἓν μὲν, εἶναί τινας μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν εὐθέως ἐπιτυγχάνοντας τῆς μετὰ Χριστοῦ διαγωγῆς· οὐ γὰρ ἂν ὁ ἀπόστολος ἐπεθύμει ἀναλῦσαι, εἰ μὴ ἀκριβῶς οἶδεν εὐθὺς συνέσεσθαι [1]) τῷ Χριστῷ.

Δεύτερον δὲ, εἶναί τινας μὴ μετὰ θάνατον εὐθέως τῆς ἐνεργείᾳ [2]) σωτηρίας τυγχάνειν, ἀλλὰ δυνάμει, καὶ ἐν ἐλπίδι ταύτην ἐκδέχεσθαι· ἐλπίδι λέγω βεβαίᾳ καὶ ἀναντιῤῥήτῳ, οἳ πειραθέντες πρότερον τῆς τοῦ θεοῦ πατρικῆς ῥάβδου [3]) ἀξιοῦνται ἐν καιρῷ καὶ τῆς ἐνεργείᾳ σωτηρίας.

Τοῦτο τοίνυν κατανοήσασα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ᾗ αὐτὸς σύνεστιν ἀεὶ, ὡς ἐπηγγείλατο, [4]) μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ἡνιοχῶν καὶ διευθύνων ταύτην ἐν πᾶσι κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, ἐπενόησε τούτοις φιλανθρωπίαν τινὰ προσφέρειν, ἥδε ἐστὶν, [5]) εὐχὰς καὶ ἱκεσίας ὑπὲρ ἐκείνων ἀναπέμπειν τῷ τῶν ὅλων θεῷ, ἵνα δυοῖν θατέρου, ἢ γὰρ τῶν κατεχόν-

Duo itaque hic observanda sunt; eaque sane accurate observanda.

Alterum est, quosdam dari, qui post migrationem ex hac vita continuo eundem cum Christo vitae statum consequantur: neque enim Apostolus cupiisset dissolvi, nisi certo se statim cum Christo futurum scivisset.

Alterum porro est, dari quosdam, qui non statim a morte actu ipso salute potiantur, sed potentia, atque in spe illam excipiant; spe inquam firma, et manifesta; qui prius virga Dei paterna tentati digni habeantur ut (suo) tempore etiam actu ipso beentur.

Hoc cum animadvertisset Christi Ecclesia (cui semper ille, quemadmodum pollicitus est, usque ad seculi consummationem adest, gubernans et dirigens eam in omnibus prout ipsi visum), constituit aliquam in ipsos conferre benevolentiam, quae quidem in precibus et supplicationibus pro illis ad Deum universi sursum mittendis consistit, ut ab alterutro duorum, vel ab aerum-

1) Ita autogr. Edit. vocabula invertit: *συνέσεσθαι εὐθύς.* — 2) Autogr. *ἐνεργίᾳ*, ut item paullo post. Alias etiam substant. formas in *ε ι α* exeuntes scriptas reperi *ι α.* De animarum statu disseruit etiam Confess. Orthod. p. 139. P. I. q. 68 et Dositheus Confess. Decret XVIII. p. 464. — 3) Autogr. et edit. *ῥάβδον.* — 4) Matth. XXVIII. 20. — 5) Edit. *ἣ δέ ἐστιν*, quae relativi et adversativae particulae conjunctio displicet. Autogr. *ἡ δὲ ἔστιν*, quod tolerari minus etiam potest.

ἀνιαρῶν τούτους ἐν
ις ἀπαλλάξῃ ἢ γοῦν
ἵν τινα καὶ παραμυ·
· τούτοις ἐν φυλακῇ
ἐν παραπέμψῃ.
ἔγει τοίνυν ἡ ἐκκλησία,
ἐκείνων ποινὴν μὴ ὑλι-
εἶναι, εἴτοῦν ὀργα-
ν, μὴ διὰ πυρὸς, μήτε
ἄλλης ὁποιασοῦν ὕλης,
ὲ διὰ θλίψεως καὶ ἀνί-
τῆς ἀπὸ συνειδήσεως,
βαίνουσαν τούτοις ἐκ
μιμνήσκεσθαι τῶν, ὅσα
ῷ κόσμῳ μὴ κατὰ λο-
μηδὲ ὁσίως ἔπραξαν.

ὐχόμεθα οὖν ὑπὲρ τῶν
ιχομένων, ὀνομαστὶ μὲν
ὑ ἑνὸς ἑκάστου, τῇ πρώ-
ἡμέρα τῆς ἐκείνου κοι-
εως, τῇ τρίτῃ, τῇ ἐν-
ῃ, τῇ εἰκοστῇ, τῇ τεσ-
ρακοστῇ, εἶτα μετὰ τρεῖς
ας καὶ αὖθις μετὰ ἕξ,
τελευταῖον μετ᾽ ἐνιαυ-
μετέπειτα παρὰ ταῦτα
ὁσάκις οἱ συγγενεῖς καὶ
ήκοντες τῷ ἀποιχομέ-
θέλουσι τοῦτο ποιεῖν,
ωλύομεν.
οινῇ δὲ καθ᾽ ἕκαστον
βατον τοῦ ὅλου ἐνιαυ-
μνήμη γίνεται παρὰ
ης τῆς ἐκκλησίας ἐν
ι τοῖς ναοῖς πάντων
ἀπ᾽ αἰῶνος ἐν πίστει
εὐσεβείᾳ κοιμηθέντων.
ἴτι ὁσάκις καὶ ἐν οἵᾳ-
οθ᾽ [1]) ἡμέρᾳ τὸ κυρια-
δεῖπνον ἱερουργεῖται,
μονεύονται κοινῶς οὐ-

nis, in quibus detinentur, ipsos mox liberet; vel saltem remissionem quandam et consolationem eis in carcere divinitus conferat.

Adserit autem Ecclesia, poenam eorum neque materialem neque organicam esse, neque per ignem, neque per qualemcunque materiam aliam, sed per afflictionem et angustiam conscientiae; eamque his accidere e recordatione eorum, quae in mundo neque secundum rationem neque sancte perpetrarint.

Pro mortuis itaque, et nominatim quidem pro unoquoque, primo post obitum ejus die, tertio item, nono, vicesimo, quadragesimo, deinde post menses tres, et rursus post sex, et denique post annum oramus. Praeterea quoties cognati deinde ac necessarii id ipsum defuncto praestare voluerint, non prohibemus.

Communiter autem quovis sabbato totius anni ab universa ecclesia in omnibus templis fit mentio cunctorum, qui ab aevo in fide et pietate decesserunt.

Quoties insuper et quocunque die coena Dominica consecratur, illi quoque communiter memorantur. Omnes

1) Omittunt autogr. et edit. jota subscr. Recte vero in autogr. omina *Magni* et *Chrysostomi* primam literam habent majorem.

τοι. Πάντες γὰρ οἱ τὰς εὐχὰς τοῦ μυστηρίου τούτου συνθέντες ὅ τε Μέγας Βασίλειος [1]) καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, [2]) Ἰωάννης τε ὁ Χρυσόστομος [3]) μνήμην ποιοῦνται τῶν πιστῶς κοιμηθέντων.

enim qui Sacramenti hujus preces composuerunt, ut Basilius M. et Gregorius Theologus, nec non Joannes Chrysostomus, eorum, qui fide obdormiverunt, mentionem faciunt.

Οὐκ ἔστι δὲ παρ' ἡμῖν χρόνος διωρισμένος τῆς ἐκείνων ἀπολυτρώσεως, οὐδὲ λέγομεν· *Δὸς τόσα χρήματα, ἵνα λυτρώσῃ τοὺς γονεῖς σου ἢ τὰ τέκνα σου, ἢ τοὺς φίλους σου ἐκ τοῦ καθαρτηρίου πυρός.* Οὐδὲ γὰρ ἔστι πῦρ καθαρτήριον παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ θλίψις τὶς ἀπὸ συνειδήσεως, καὶ αὕτη μέντοι μετὰ πάνυ χρηστῆς ἐλπίδος, διήκουσ' ἕως ἂν ὁ θεὸς θέλῃ.

Caeterum non est redemtionis illorum tempus apud nos definitum; neque dicimus: *Da tantas opes, ut parentes tuos vel liberos tuos vel amicos tuos ex igne purgatorio redimas.* Neque enim apud nos ignis purgatorius statuitur; sed conscientiae afflictio quaedam (atque haec sane cum spe meliorum omnino est conjuncta) percepta quousque Deus voluerit.

Οὐδὲ ὁρίζομεν τούτῳ μὲν τόσα ἔτη ἐν τῇ θλίψει διαγαγεῖν, ἐκείνῳ δὲ τόσα. Ἂν δ' οἱ προσήκοντες τόσα ἢ τόσα χρήματα — δηλαδὴ πλουτίνδην οὐχ ἁμαρτίνδην τὴν ποινὴν εἰσπράττοντες — τῇ ἐκκλησίᾳ προσφέροιεν· θᾶττον ἢ λόγος ῥυσθήσεται ὁ ἔνοχος τῶν κατεχόντων δεινῶν. Οὐδὲν τοιοῦτον παρ' ἡμῖν εὕροιεν ἄν τις.

Neque annos tot vel tot huic vel isti definimus, quos in afflictione exigat (nec dicimus); *si vero necessarii tantas vel tantas opes* (poenam nimirum respectu divitiarum, non peccatorum, exigentes) *Ecclesiae offerunt, dicto citius reus ab iis, quas sustinet, aerumnis liberabitur.* Nihil tale quisquam apud nos invenerit.

---

1) De Basilii Liturgia, quae dicitur, legendi sunt et *Schroeckhius* H. E. XIII. p. 203 et *Heineccius* l. l. II. 216, qui eam verum et antiquam habuit. Legitur in *Euchologio Magno* a *Goaro* edito p. 158 sqq. — 2) Gregorii Liturgiam adhibebant Coptae potissimum praeter formulas sacras a Basilio et Cyrillo Alexandr. concinnatas. Cfr. *Renaudot* collect. liturg. oriental. tom. I. c. 85. — 3) De Chrysostomi Liturgia legatur *Boehmer* l. l. Tom. II. p. 104. Legitur apud *Goarum* p. 59 sqq.

Εἰ δέ τις τῶν πρεσβυτέρων φωραθείη πρὸς ἀργύριον τοιοῦτόν τι ποιῶν· κολάζεται πικρότατα καὶ ἐλεεινότατα καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τῆς ἰδίας τάξεως κίνδυνος αὐτὸν ἐκπεσεῖν;

Quod si quis Presbyterorum ejusmodi quid propter argentum fecisse deprehendatur, acerbissimas ille et maxime miserandas poenas luit; et quidnam aliud quam periculum, ne ordine suo excidat?

Κεφ. κα'.

Περὶ τοῦ εὔχεσθαι κατὰ ἀνατολάς.

Κατὰ ἀνατολὰς εὔχεσθαι παρέλαβεν ἡ ἐκκλησία ἀρχῆθεν· οὐχ ὡς τὸν θεὸν ἐκεῖ περιγράφουσα — ἄπαγε τῆς μικροπρεποῦς περὶ τοῦ ἀπεριγράπτου θεοῦ ὑπολήψεως. Ὡς γὰρ πανταχοῦ ὁ θεός· οὕτω καὶ τὴν προσκύνησιν πανταχοῦ δέχεται. Ἔρχεται, φησιν,[1] *ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσκυνήσωσι τῷ θεῷ οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταί· πνεῦμα γὰρ ὁ θεὸς καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Ἔτι φησὶν ὁ Ἱεροψάλτης·*[2] *Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. Οὐκ ἄρα διὰ τοῦτο κατὰ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν — ἀλλ' ὅτι ἱστάμενοι εἰς προσευχὴν ἀνάγκη εἰς τόπον τινὰ βλέπειν.*

Οὐκοῦν[3] *τὸν κρείττω*

Caput XXI.

De Precatione ad orientem.

Consuetudinem orandi ad orientem Ecclesia ab initio suscepit; non quod Deum ibi circumscriberet (apage illam vilibus et abjectis dignam de incomprehensibili Deo opinionem: sicut enim Deus ubique est; ita et adorationem ubique admittit: *Venit*, inquit, *hora*, *quando neque Hierosolymis neque in monte hoc veri adoratores Deum adorabunt. Deus enim spiritus est et eos, qui adorant eum*, *spiritu ac veritate oportet adorare.* Praeterea sanctus Psaltes dicit: *In omni loco dominii ipsius praedica anima mea Dominum.* Non itaque ea propter ad orientem adoramus); sed quoniam stantes ad precandum, necessario locum quendam intuemur.

Locum proinde meliorem

---

1) Joann. IV. 21 et 24, liberius versum. — 2) Ps. CIII. 22; sed ex alia verba connectendi ratione. — 3) Ita recte autogr. Edit. *Οὐκ οὖν*. Eandem, quod preces faciundas attinet, rationem ingressi sunt patres veteres, velut: *Gregorius Naz.* Epistol. p. 824 edit. laud., *Clem.* in Const. Apost. II. 61., *Origen.* in Numer. hom. 5., *Tertull.* in Apolog. c. 16., *Athanas.* quaest. 37. *Justinus* quaest. 118. easdem fere caussas, ac Metrophanes, exponit. *Basilius* vero de Sp. S. 27. quam post explicavit hic auctor, caussam explicuit, quia paradisus ad Orientem versus a Deo sit conditus. De eadem re copiosius egit *Joannes Damascenus* de fid. Orthod. IV. 13.

τόπον ἀφιεροῦμεν τῷ Θεῷ· κρείττων δὲ ἡ ἀνατολὴ, καθ' ὃ ἀναλογεῖ τῷ φωτί.

Ἔτι ἀκούομεν, τὸν Θεὸν κατὰ ἀνατολὰς πεφυτευκέναι τὸν παράδεισον, τὴν ἀρχαίαν ἡμῶν καὶ τρισμακάριστον πατρίδα· ἣν δὴ ζητοῦντες καὶ τῷ ταύτης πόθῳ νυττόμενοι, [1]) ἐκεῖσε βλέποντες προσκυνοῦμεν.

Τρίτον καὶ σαφέστερον, ὅτι ἐξ ἀνατολῶν προσδοκῶμεν τὸν κύριον κριτὴν ἁπάντων ἐλευσόμενον· ὡς αὐτός που ἔφη· [2]) Ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω, οὕτως ἀναγκαίως ἡμᾶς προσκεῖσθαι ταύτῃ τῇ παραδόσει, ὡς μὴ δύνασθαι ἄλλως ποιεῖν, ἢ ἀδικήσει δήπου τὴν ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ ἔγωγε νυκτὸς ζοφώδους καὶ ἀσελήνου ἐπιβήσομαι ξενοδοχείου, ὅθεν διακρίναι οὐ ῥᾴδιον, ποῦ ἡ ἀνατολὴ κεῖται· οὐ παρὰ τοῦτο οὐ προσεύξομαι. Ἀλλ' οὐδ' ἀκριβολογήσομαι παρὰ τοῦ ξενοδόχου, ποῦ ἡ ἀνατολὴ κεῖται, ἵνα προσεύξωμαι, ὡς οὐκ ἐξόν μοι ἀλλαχοῦ — οὐδαμῶς τοῦτο ποιήσω — ἀλλὰ προσεύξομαι ἀφορῶν, ὅπου ἂν δόξῃ μοι. Φυλάξω δὲ τοῦτο κοινῇ ἐπ' ἐκκλησίας, δι' ἃς αἰτίας εἴρηκα,

Deo consecramus. Praestantior autem est oriens, quatenus lumini respondet.

Praeterea audimus, Deum ad orientem Paradisum plantasse, patriam illam nostram priscam et beatissimam; quam dum quaerimus, et desiderio illius afficimur, illuc respicientes adoramus.

Tertio et manifestius, quoniam ab oriente adventum Domini, judicis omnium, praestolamur. Etenim ipse alicubi dicit: *Sicut fulgur exit ab oriente usque in occidentem; ita erit adventus Filii hominis.*

Sed ne quis existimet, nos ita necessario traditioni huic adhaerescere, ut salva veritate aliter facere nequeamus. Quod si enim ego nocte obscura et illuni hospitium ingressus fuero, unde ubinam oriens sit, dijudicatu difficile fuerit; nequaquam ea propter precationem omittam: sed nec magnopere ex hospite, ubinam oriens sit, exquiram, ut adorem, quasi alibi mihi non liceret. Nequaquam hoc fecero; sed oculis, quo visum fuerit, conversis, adorabo. Illud vero publice in Ecclesia propter dictas causas observabo.

---

1) Autogr. νυττο —, syllabis in proximo versu non continuatis. — 2) Matth. XXIV. 27, libere, sed ita, ut illud καὶ a multis addubitatum sit reservatum.

Κεφ. κβ'.

Περὶ τοῦ μὴ κλίνειν γόνυ ἐν κυριακῇ καὶ καθ' ὅλην τὴν πεντηκοστήν.

Οὐδὲ ταύτην τὴν παράδοσιν δύναταί τις ἀρνεῖσθαι μὴ τῶν ἀρχαιοτάτων οὖσαν. Ἡ γὰρ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος κανόνα [1]) περὶ ταύτης ἐξέθετο, κελεύοντα, πάντας τοὺς Χριστιανοὺς ὀρθοστάδην τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ κατά τε τὰς κυριακὰς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ καὶ καθ' ὅλην τὴν πεντηκοστήν· οὐχ ὡς αὕτη πρώτως τοῦτο δογματίζουσα — ἀρχαιότερον γὰρ ἦν τὸ ἔθος — ἀλλὰ τὴν ἀμφισβήτησιν τὴν τότε περὶ τούτου κινηθεῖσαν καταστέλλουσα καὶ εἰς ὁμόνοιαν τὰ πλήθη συνάγουσα.

Ὁ δ' ἐν ἁγίοις Βασίλειος ὁ Μέγας καὶ τὸν περὶ τούτου λόγον ἄριστ' ἀπέδωκεν. Ἔφη γάρ, τὴν ἀνθρωπίνην

Caput XXII.

De genibus die dominico et per totam Pentecosten non flectendis.

Ne hanc quidem traditionem antiquissimam esse quisquam negare potest. Sancta enim et oecumenica prima synodus canonem de ea edidit, quo omnes Christiani diebus dominicis totius anni, nec non per omnem pentecosten, stando erecto corpore preces Deo persolvere jubentur. Non quod haec primum illud constituerit (consuetudo enim ista antiquior erat): sed quod disceptationem tunc temporis ea de re motam composuerit, atque ad consensum populos redegerit.

Basilius autem M. rationem ejus rei optime reddidit: ait enim: *Humanam naturam, olim peccato pri-*

---

1) Est canon XX, quocum contendi operae pretium est, quae *Tertull.* de coron. militis c. 3. praecepit. Recessit ab illa consuetudine Russorum ecclesia, quae certe primo Pentecostes die festo genua flecti jubet. Cfr. *Murawieff Briefe* etc. p. 243 et *Muralt. Lexidion* p. 50 s. v. *Knieen.* — 2) In mente habet locum, liberrime redditum, qui est *de Spiritu Sancto* Tom. II. p. 353 edit. Paris. 1638.

τὴν ἤδη πεπτωκυῖαν
ῶν πρωτοπλάστων
ιατι ὁ Χριστὸς διὰ
χὐτοῦ ἀναστάσεως
ωσεν· ἧς ἀνορθώ-
ιεμνημένοι ὀρθοστά-
ῷ ἀνορθώσαντι τὰς
στίας [1]) καὶ δοξολο-
ιαὶ προσευχὰς ἀνα-
ιεν κατὰ τὰς ἀνα-
ους ἡμέρας — ὁμοί-
καὶ καθ' ὅλην τὴν
οστὴν, ἐπειδὴ πᾶσα
τῆς τοῦ πάσχα ἑορ-
ἔεται καὶ ἀναστάσι-
γεται.
τας πάσας τὰς παρα-
φυλάττομεν ἀπ' ἀρ-
ἔχρι τῆς σήμερον·
ς τὸ ἑξῆς σὺν θεῷ
ομεν. Οὐ μέντοι γ'
α συμβάλλεσθαι ταύ-
ἀναγκαίως εἰς τὴν
σωτηρίαν — οὐδὲν
τλῶς ἀναγκαῖον πρὸς
πλὴν τοῦ θεοῦ καὶ
ιτοῦ ῥήματος — δύ-
γὰρ καὶ τὰ μυστή-
ερουργηθῆναι ἄνευ
ηθεισῶν τελετῶν —
ι γὰρ, καὶ τὴν μαῖ-
πτίζειν ἐν ἀνάγκῃ
τῆς οἱασοῦν τελετῆς
τῶν λοιπῶν μὴ πα-
ν, οὐδὲν ἧττον τὴν
ανικὴν πίστιν σώ-
ἐξ ὁλοκλήρου. Φυ-
ιεν δ' ὅμως [2]) διά τε
σμον καὶ εὐπρέπειαν
κλησίας καὶ διὰ τὴν
τῶν ἁγίων ἐκείνων
ον, τῶν ταύτας πα-

morum parentum lapsam Christus resurrectione sua erexit, ejus resurrectionis memores nos stando erecto corpore reparatori isti gratias laudesque et preces offerimus diebus illis resurrectionis; similiter etiam per omnem Pentecosten, cum haec tota a festo Paschatos dependeat et resurrectoria dicatur.

Has traditiones omnes ab initio in hunc usque diem observamus, atque deinceps cum Deo observabimus. Neque tamen existimamus, eas saluti nostrae necessario conducere (nihil enim ad eam simpliciter necessarium est praeter Deum et verbum ejusdem). Possunt enim et sacramenta absque memoratis ceremoniis celebrari (obstetricem enim in casu necessitatis etiam sine omni ceremonia baptizare, dictum fuit) et caeterae quamvis absint, nihilo minus Christianam fidem integram servare licebit: retinemus tamen, tum propter decus et ornamentum Ecclesiae, tum propter honorem sanctorum Patrum istorum, qui illas tradiderunt, tum ne superbi et pervicaces ac contentiosi esse videamur, si nostram

---

Ita scripsi contra autogr. et edit., quae habent εὐχαριστείας, bstantivi terminatio non exstat. Lapsus est auctor inter scri- — 2) Edit. δὲ ὅμως; illud in autogr.

ῥαδόντων, καὶ ἵνα μὴ ὑπερήφανοι καὶ ἰσχυρογνώμονες καὶ φιλόνεικοι δόξωμεν, ὀλιγωροῦντες μὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας καὶ εἰς ταύτην ὑβρίζοντες, ἣν στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ὁ Ἀπόστολος[1]) ἐκάλεσεν, ἐθέλοντες δὲ τὴν ἡμῶν γνώμην συστῆσαι.

Ὅτι δὲ τὸ ὀλιγωρεῖν τῶν ἀρχαίων τῆς ἐκκλησίας ἐθῶν ὑβρίζειν ἐστὶν εἰς τοὺς ἁγίους πατέρας, τοὺς τῆς ἐκκλησίας προστάτας, μαρτυρεῖ σαφῶς ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος,[2]) οὑτωσὶ λέγων· Ὅταν μὴ μένῃς, ἐφ' οἷς ἐνομοθέτησαν ἐκεῖνοι, ταῦτα ἕπεται πάντως· ἢ ἄνοιαν αὐτῶν, ὡς οὐκ ἀκριβῶς εἰδότων, καταγινώσκειν, ἢ δειλίαν, ὡς εἰδότων μὲν, ὑποκρινομένων δὲ καὶ προδόντων τὴν ἀλήθειαν.

[3]) Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁμολογία τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. Ἀπεδείχθη σαφῶς καὶ ἱκανῶς τὸ ταύτης εὐσεβὲς καὶ ὀρθόδοξον φρόνημα περί τε τὰ δόγματα καὶ τὰς παραδόσεις, καὶ ὅτι, ὡς ταῦτα παρέλαβεν ἀρχῆθεν, οὕτω φυλάττει μέχρι τῆς σήμερον ἄνευ τῆς οἱασοῦν προσθαφαιρέσεως.

ipsorum sententiam adstruere cupientes neglectui habeamus Christi ecclesiam eandemque violemus, quam Apostolus *columnam et firmamentum veritatis* appellavit.

Contemptum vero antiquorum Ecclesiae institutorum in contumeliam sanctorum Patrum, Ecclesiae antistitum, vergere, testatur luculenter B. Joannes Chrysostomus, ita inquiens: *Nisi in iis, quae illi sanxerunt, permanseris, omnino sequitur hoc, ut vel inscitiae ipsos, tanquam minus accurate edoctos, vel pravitatis, utpote eruditos quidem, at mentientes veritatemque prodentes, condemnes.*

Haec est confessio Catholicae atque Apostolicae ecclesiae: cujus quaenam sit pia atque orthodoxa circa dogmata et traditiones sententia, eamque, sicuti ab initio accepit, ita huc usque sine qualicunque additione et detractione retinere perspicue et sufficienter declaratum fuit.

---

1) I Timoth. III. 15. — 2) De traditione apud Graecos vigente multa disputavit *Heineccius* l. l. II. p. 29. Locum illum ipse auctor ad marg. significavit his siglis: *Τομ.* σ (ς') *φυλλ.* 38. Commendavit etiam eam ad 2 Thessal. II. 15 edit. cit. p. 1506. — 3) Haec epilogi loco addidit Metrophanes. *Hornejus* sua sponte caput novum, idque XXIII., hic exorsus est, quod suis verbis inscripsit: *Περὶ καταστάσεως τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.* Ego autogr. secutus sum.

'Αλλὰ ταύτην τὴν οὕτως
εβῶς καὶ ὀρθοδόξως
ὶ τὰ θεῖα διακειμένην
τήσατο ὁ Σατανᾶς [1])
ιὰ τοῦ θεοῦ, σινιάσαι
τὸν σῖτον· καθάπερ
ς ἀποστόλους περὶ τὸ
μοσωτήριον πάθος τοῦ
ίου καὶ πρότερον τὸν
κιον ἐκεῖνον 'Ιώβ. 'Ο δὲ
ς κρίμασιν, οἷς αὐτὸς
, παρεχώρησε ταύτην
ἐχθρῷ, κελεύσας, αὐ-
μόνην τὴν ταύτης κί-
μὴ βλάψαι τὸ παρά-
· καθάπερ πεποίηκε
ὶ τοῦ θείου 'Ιώβ. [2]) Κά-
ον γὰρ παραδοὺς τῷ
ήσαντι πᾶσι μὲν, τοῖς
ρχουσι τῷ δικαίῳ, χρή-
ι συνεχώρησε τῷ πολε-
κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν,
ην δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ
ητοῦ κελεύει τὸν βά-
νον ἀβλαβῆ διατηρῆσαι.
Ἀντεῦθεν ὁ τῆς ἀλη-
ας πολέμιος ἤγειρε κα-
τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλη-
ς τὸν προκηρυχθέντα
ῖνον 'Αντίχριστον, τὸν
ρωπον τῆς ἁμαρτίας,
υἱὸν τῆς ἀπωλείας, [3])
ψευδοπροφήτην φημὶ
Σαρακηνῶν — σιγά-
ο δὲ τὸ μιαρὸν ἐκείνου
μα πολλῶν ἕνεκα — καὶ
ἐκείνου ψευδοδιδασκα-
ν, οὗ οἱ λατρευταὶ καὶ
δοχοι οὐκ ἔστιν εἶδος
ίας ὃ οὐκ ἐπήγαγον
ἐπάγουσι καθ' ἑκάστην
τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ.
Κατέλυσαν ἡμῶν πᾶσαν
ὴν καὶ ἐξουσίαν, ἐστέ-

Hanc ipsam tamen in religione adeo piam et orthodoxam Ecclesiam *Satanas a Deo expetivit, ut veluti triticum cribaret;* quemadmodum apostolos circa illam mundo salutarem Domini passionem, et antea justum illum Jobum. Deus autem judicio, quod ipsi notum, concessit ipsam inimico, jubens fidem hujus solam nequaquam laedere; quemadmodum etiam fecit in divino Jobo. Cum enim et illum postulanti tradidisset, omnia quidem, quae justo obtigerant bona, inimico ad fruendum pro lubitu suo concessit; animam tamen athletae solam, ut illaesam conservaret, malevolo mandavit.

Et hinc adeo inimicus ille veritatis adversus Christi ecclesiam excitavit Antichristum illum antea significatum, hominem peccati et filium perditionis, pseudoprophetam, inquam, Saracenorum (foedum nomen ejus multis de caussis silentio prematur) et falsam ipsius doctrinam. Cujus cultores et successores nullum non afflictionis genus Christi gregi intulerunt et quotidie etiamnum inferunt.

Everterunt nobis magistratum et potestatem om-

1) Luc. XXII. 31. — 2) Job. I. 12. — 3) 2 Thessal. II. 3.

ρησαν μαθημμάτων καὶ τεχνῶν ἐλευθέρων, ἐστέρησαν πλούτου καὶ πάσης εὐδαιμονίας τοῦ κόσμου τούτου, εἰσπράττουσι φόρους βαρεῖς καὶ ἀνυποστάτους. Καὶ εἴθε γε [1]) μέχρι τῶν φόρων αὐτοὺς ἱστάναι, ἀλλὰ πρὸς τούτῳ καὶ ἄλλα χαλεπώτατα καὶ ἔξω τῆς ἡμῶν δυνάμεως ἐπιτάττουσι.

Στρατευόμενοι μὲν γὰρ ἀπαιτοῦσι παρ' ἡμῶν ἵππους, πρόβατα, ἐφόδια τῷ στρατῷ καὶ ἄλλα παρόμοια· ναυμαχοῦντες δὲ πίτταν καὶ στυπεῖον καὶ στέαρ ὑπὲρ τῶν τριηρέων καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια.

Οἱ κωμῶν καὶ ἀγρῶν ἄρχοντες ἀγγαρεύουσι τοὺς ὑπηκόους λίαν ἀπανθρώπως, ὡς πλείονα χρόνον ἀναλίσκειν ἐπὶ τῇ ἀγγαρείᾳ [2]) τῶν κυριευόντων ἢ ἐπὶ τοῖς σφισιν αὐτοῖς προσήκουσι πράγμασιν.

Ἂν ἴδωσι παρά τινι τῶν ὑπηκόων ἵππον εὐγενῆ, ἁρπάζουσι τοῦτον· οἱ ἀδικώτατοι· ἂν βοῦν ἀγαθὸν, ὁμοίως ποιοῦσιν, ἂν πρόβατα ἢ αἶγας ἢ ἡμιόνους ἢ ὄνους ἢ γενναίους κύνας, τοῦτ' αὐτὸ δρῶσιν οἱ παράνομοι, ὡς εἶναι τὸν βίον τῶν ὑπ' ἐκείνους τελούντων — πᾶσα δὲ σχεδὸν ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ὑπὸ τὴν τυραννίδα ταύτην τελεῖ πλὴν Μοσχοβίας καὶ

nem; privarunt nos disciplinis atque liberalibus artibus; spoliarunt divitiis, omnique hujus mundi felicitate; exigunt tributa gravia atque intolerabilia. Atque utinam in tributis illi acquiescerent. Quin et praeterea alia difficillima, quaeque in potestate nostra non sunt, imperant.

Exercitum enim educentes exigunt a nobis equos, pecora, viatica exercitui, aliaque similia. Classe autem pugnantes picem et stupam et sepum atque id genus alia pro triremibus instruendis.

Vicorum agrorumque praefecti subditos ad ministerium angariarum praestandum valde inhumaniter compellunt, ita ut plus temporis consumant angariis dominantibus praestandis, quam suis ipsorum negotiis.

Equum generosum si apud subditorum quempiam viderint, hunc iniquissimi abripiunt: sin bovem praestantem, similiter faciunt: si oves vel capras vel mulos vel asinos vel canes eximios, idem illud faciunt homines scelerati. Unde adeo vita eorum, qui sub imperio ipsorum sunt (paret autem huic tyrannidi omnis fere Ecclesia orientalis, excepta Muscovia et parva

1) Edit. εἴθε γε. — 2) Ita recte edit. correxit pro vitioso ἀγγαρίᾳ autogr.

ς Ῥωσίας καὶ τῆς τὴν Ἕω Ἰβηρίας καὶ ίδος, ἔτι καὶ πλὴν ν νήσων ὑπὸ τὴν οτάτην ἀρχὴν τῶν ν τελουσῶν, αἳ πολ- ιλανθρωπίας καὶ εὐ- ἀπολαύουσι παρὰ τῆς θρωποτάτης ἐκείνης . Εἰσὶ δὲ αὗται· ἡ ανεστάτη Κρήτη, ἡ λληνία, ἡ Ζάκυνθος, ρκυραι, αἱ Κυθῆραι ώδυνον καὶ θανάτου ρότερον.

ευταῖον καὶ τοῖς τέ- τῶν Χριστιανῶν ἐπι- ύονται οἱ ἀνήμεροι . Καθ' ἑκάστην γὰρ τηρίδα πέμπεται παρὰ τυράννου παιδοσυλ- ς, διελευσόμενος τὰς εῖνου πόλεις καὶ συλ- τοὺς ὀφειλομένους ς. Ὀφείλει δὲ ἑκάστη όλεων ἢ τέτταρας [1]) ις ἢ δύο τοὐλάχιστον.

α δὲ καὶ τοῦτο οἰστὸν , δυνάμενον ὁπωσοῦν ευθῆναι. Ἢ γὰρ Σα- ῶν παῖδας ἀπεριτμή- τι — περιτέμνονται οι περὶ τὰ δεκαπέντε - μισθοῦντες προσφέ- τῷ παιδοσυλλέκτῃ ριστιανοὺς ὑποβολι- ς ἢ ἐκ τῶν Χριστια- οὺς κακῶς καὶ φύν- αὶ τραφέντας καὶ αὐ- τας καὶ ἀξίους ἀγχό- ντας, μεθ' ὧν καὶ τ' ἱκανά, ἵν' ἐθελήσῃ

Russia nec non Iberia orientali et Colchide; quin etiam exceptis paucis insulis, illustrissimo Venetorum imperio subjectis, quae multa humanitate et benevolentia benignissimi illius regiminis fruuntur: sunt autem hae: inclita Creta, Cephalonia, Zacynthus, Corcyra, Cytherae), acerba et ipsa morte gravior existit.

Denique etiam Christianorum liberis immansueti illi lupi insidiantur. Etenim septimo quoque anno mittitur a tyranno puerorum collector, qui oppida illius transiens, debitos pueros colligit. Unaquaeque autem civitas vel quatuor vel tres, vel duos minimum debet.

